



L6c. 73.

22

DISSE R T A T I O  
DE  
**P V B L I O**  
**ΠΡΩΤΩΙ MELITENSIVM**  
ACT. XXVIII. 7

---

QVAM  
RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO  
DOMINO  
**ERN. AVGVST. CONSTANTINO**  
DVCE SAXONIAE IVLIACI CLIVIAE MONTIVM  
ANGARIAE ET WESTPHALIAE RELIQA

---

P R A E S I D E  
**IO. ERN. IMMAN. WALCHIO**  
PHIL. DOCT. ET PROF. PVBL. SOCIETATVM LATINAIE IENENSIS  
DIRECTOR. ROMAN. ARCAD. ET FLORENTINAE  
COLVMBAR. SODALI

D. VIII. FEBRVAR. CICICCIV  
PVBLICAERVDITORVM DISQVISITIONI SVBMITTIT  
**IOANNES IMMAN. SCHAEFFERV**  
RATISPONENSIS  
SANCTIORVM DISCIPLINARVM CVLTOR

---

IENAE LITTERIS SCHILLIANIS

21







**N**EMINEM, vel leuiter sacræ historiæ peritum, facile arbitror, ignorare posse, quam acriter nostra ætate in Italia inter eruditissimos viros de insula, ad quam diuinus Paullus naufragium fecisse dicitur, disceptatum sit <sup>a)</sup>, et quæ graues lites simul motæ in hac cauſarum varietate cum de illius situ; tum de PVBLO, quem insulæ huius  
a) notissima est controuersia, de insula, ad quam diuinus noster legatus naufragium fecit, mota: fuerit illa Dalmatica ad Venetum finum sita; an Sicula, prope Siciliam? IGNATIUS GEORGIVS Benedictinus e congregatione Melitensis Ragusina primus fuit, qui nostra atate signum quasi daret ad persequendam veterem illam litteratam pugnam, diu intermissam. Postquam enim is in lucem publicam emiserat librum, inscriptum: D. Paullus apostolus in mari, quod nunc Venerus sinus dicitur, naufragus et Melita

Dalmatiæ, et nullis obvia causis, etiam in  
Dalmatensi insule post naufragium hospes, Veneſijs, c. 1500 xxx. atque in isto, vestigia CONSTANTINI Porphyrogenetæ, de administr. imper. cap. XXXVI, exire centioribus BEROALDI, chron. libr. LIII, cap. 6. aliorumque sequurus, Paulli naufragium prope Dalmatiam in Veneto finu factum esse, multis speciosis argumentis, doctissime ceteroquin, multoque lectionis adparatu demonstrare adgressus fuerat, non defuerunt, qui item ipsi grauissimam intenderent veteremque illam ac communem de Melita Sicula sententiam,

A

PROTTON fuisse, memorat LVCAS b), rerum, a Christi legatis gestarum, scriptor diligentissimus. In quo certamine litterato et si multa praeclare de hoc Publio disputata et ad lucem reuocata esse, nemo facile negauerit; hoc tamen simul quilibet veritatis amicus vltro confitebitur, in hanc secundam messem falces ita immisisse doctissimos Italos, vt non omnia demetere posterisque præripere; sed

tentiam, a viris doctissimis, SCALIGERO de emendat. temporum, libr. vi. p. 536. BOCHARTO geograph. sacr. part. ii. libr. i. cap. 26. CLVVERIO Sicil. antiqua, libr. ii. cap. 16. QVINTINO descript. insul. Melitæ, p. 3. NIEDERSTEDTIO Melit. vet. et nou. cap. IIII. rom. VI. thes. ant. græc. GRONOVII, p. 3033. WANDALINO diff. de Melit. Pauli, Hafniae, CIO CCVII. edita, ABELA Melit. illustrat. libr. II. notiz. 7. rom. x. vol. 15. thes. antiquit. ex hisp. Ital. p. 170. FAZELLO, de rebus Sicul. dec. I. libr. I. cap. I. aliisque propugnatam, nouis argumentis firmare ac corroborare studerent. In his merito obtinere locum: GVIOT DE MARNE singulari de hoc arguento ad eminentiss. cardin. POLIGNAC epistola, Romæ, CIO CCXXXI. in lucem edita: yeri abbas DE LA MARNE in vindicis Melitenibus CIO CCXXXII. emissis, de quibus memoria Treuoliniæ anni CIO CCXXXVI. mens. februar. p. 361. videantur: illustrissimus comes IO. ANTON. CIANTAR, cuius dissertationes apologetica de Paulo apostolo in Melitanum Siculo Adriatici maris insulam nanfragio cieco, Vene-

tius CIO CCXXXVIII. lucem primam viderunt, certe doctissima et tanto eruditio- nis adparatu, quanta iudicii vi con- scriptæ: BONAVENTURA ATTARDIVS, cuius vindiciae pro Melitæ huius situ con- tra IGNATIVM GEORGIVM CIO CC XXXVIII. prodierunt. Agmen clausit, quad ego quidem scio, RUPERTVS A ST. GASPAR in duò Paulo apostolo e Melita Illyricana in Africanam feliciter reduce, cu- ius libri pars prima et secunda Venetiis CIO CCXXXVIII. in lucem emifa est. Opus hoc, magna quidem molis; neu- tiquam tamen tanta eruditione, quanta Ciantianum, est elaboratum. IGNA- TIVS GEORGIVS multos quidem ingenii et doctrinae suæ admiratores; nullos fere autem sententiae suæ, quam defendit, pa- tronus nactus est, si a paucissimis dis- cesserimus, in quibus sunt doctissimi auto- res bibliotheca Italicae, tom. XI. p. 127. et actorum Lips. Suppl. vol. VII. p. 53. itemque summe reu. IO. CHR. HAREN- BERGIVS de reform. geogr. in nouis mi- scellan. Lipsiens. rom. IIII. pag. 308. seq.

b) actor. XXVIII, I. sq.

sed in ipso hoc campo haud pauca horum diligentiae relinquere voluisse, haud obscure videantur. Ita multa rimantur, quæ ad Melitensium historiam et, quæ subierunt antiquissimis temporibus, fata pertinent; nihil vero exponunt de eorum sacris, de religione, cui addicti fuerint, nominatim de numine illo, quod in Paullo videre, sibi visa est gens illa superstitiosa. Sic porro in hoc litigantium cœtu illustrissimum comitem IO. ANTON. CIANTARVM et doctissimum virum IGNATIVM GEORGIVM, Benedictinum e congregatione Melitensi Ragusina, multa egregie de Publio, quem postea sacrorum Melitensium antisitem factum fuisse, vulgaris est opinio, præcepisse, nemo facile inficiabitur; sed quam multa simul in hac rerum multitudine, ut plerumque fieri solet, effugerunt aciem oculorum horum, certequin acutissimorum? Paucissima sunt, quæ eruditissimi viri de nomine nostri PUBLII commentantur, vel ideo tamen memorabili quod solo prænomine, cuius illud generis est, veteres adpellari minime solebant. Neque omnibus satisfecisse videntur sua dignitas et officii, Publio nostro demandati, inuestigatione, quod multa egregia veterum scriptorum effata in subsidium haud vocarunt, sine quibus nullo pacto, ΠΡΩΤΟΤΟΡΑΤΙΟ huiusque officii indoles intelligi potest; aut lux accendi iis, quæ diuinus LVCAS de hoc περιττω est commentatus. Liceat igitur nobis in præsenti virum nostrarum periculum facere et in ea campi hujus spatia nos demittere, quæ, quoniam præoccupata adhuc non sunt, vel aliquam messis spem iure nobis possunt facere. Dictum est iam alio tempore deo Melitensium, et quod in hoc capite ad illustrandam Lucæ sacram historiam adhuc desiderari videbatur, pro virium modo suppletum. Nunc aliud quasi supplementum nos scripturi, de Publio Melitensi ita commentabimus, ut, cum quæ eius

A. 2 nomi-

nominis, tum quae officii, quo functus est, ratio et conditio fuerit, quantum fieri possit, luculenter ostendatur.

## II

si nomen **PVBLII**, quod origine romanum fuisse, neminem facile arbitror ignorare posse, respicimus, his verbis id a diuino scriptore est indicatum: ὑπῆρχε χωρία τῷ ΠΡΩΤῷ τῆς οὐσίας, ὀνόματι ποπλιώτῃ. Nolo in praesenti de eius scriptione fuse disputatione, quod in nonnullis codicibus librorum noui testamenti, nominatim Stephanico tertio, siue, ut **MILLIVS** numerat, quarto, in primo Coueliano, itemque in *lectionibus* illis *Velesianis* notissimis illud non πόπλιος, sed πεπλιος scribatur. Satis enim cognitum est, qui de Romanorum rebus sunt commentati, scriptores græcos sœpe latina nomina etiam tum haud immutasse, quum mutationem linguae græcae ratio et usus fere suadere videretur c). Sic, quod Romani **PUBLIUS**, id Græci πόπλιος plerumque efferunt nomen, quemadmodum ex auctoribus græcis **DIONYSIO** *Halicarnassensi* d), **DIONE CASSIO** e), **PLVTARCHO** f), **IOSEPHO** g) aliisque, itemque ex inscriptionibus apud **CYRIACVM ANCONITANVM** h), **IO. BAPT. DONIVM** i), **CAROL. PATINVM** k) **GISB. CUPERVM** l) **LVD. ANTON. MVRATO-**

RIVM

c) conf. **EZECH. SPANHEMIVM** de *usu* vit. **Nume**, p. 74. vit. **Ciceronis**, p. 874. et **praefant. numismatum**, diff. VIII, p. 725. vit. **Pauli Aemilii**, p. 259. *apophtegm. rom.*

d) libr. III, p. 293. 295. libr. V, p. 11. *operum*, p. 197. et **præcept. recip. ge-**  
315. libr. VII, p. 417. libr. VIII, p. 480. rend. p. 797.

libr. VIII, p. 620. libr. X, p. 676. 768. g) libr. XIV, ant. *tudaic. cap. 17.*  
libr. XI, p. 710. h) *inscript. p. XXXVIII. num. 251.*

e) libr. XXXVII, p. 50. libr. LXVIII, i) *inscript. p. CCCXI. num. 192.*  
p. 786. j) *comm. in Artorij monument. p. 460.*

f) vit. **Cast. tom. I. operum**, p. 708. vit. **Bruti**, p. 1005. vit. **Luculli**, p. 519.

k) *Harpocrat. p. 139.*

RIVM m) et EDWARDVM CORSINIVM n) patet. Nihilominus et eosdem scriptores, DIONEM CASSIVM nempe, illum porro *Halicarnassensem* et PLVTARCHVM, ad Romanorum et scribendi et pronuntiandi rationem passim deflexisse ac pro πότλιος, Πότλιος posuisse, obseruabis o). Quid? quod in græcis monumentis, quæ, si in primis in coloniis romanis facta sunt, romanæ scribendi consuetudini nimis saepe indulgent, pro πόπαιος occurrat modo πότηαιος apud REINESIVM p), modo πότηαιος cum b apud GRUTERVM q) in hac inscriptione: ΠΡΙΜΑ ΘΥΓΑΤΗΡ ΠΟΤΗΒΛΙΟΤ ΕΖΗΣΕ ΕΤΗ ΤΡΙΑΚΟΝΤΑ, quo et duo alii lapides pertinent, quorum alter r) πότηλιον ΣΕΠΤΙΜΙΟΝ ΓΕΤΑΜ memorat: alter s) πότηλιοτ ΤΙΤΙΔΙΟΤ ΚΑΠΙΤΩΝΟΣ mentionem facit. Immo, legitur etiam, mixta quasi græca et romana scriptura, πότηαιος t), id quod græcos, vel Romæ, vel in romanis coloniis commorantes, fecisse, eo minus est mirandum, quum passim Romanos conuersa vice Græcorum scribendi rationem expressisse atque, vti in multis vocabulis u); sic quoque in Publī cognomine

A 3

et

m) inscript. p. 191xvi, num. 6.

n) not. Græcor. p. 52.

o) vid. DIONEM CASSIVM, libr.

xxxviii. p. 62; libr. xxxviii. p. 105.

libr. xxxxi. p. 159. et p. 172. libr.

xxxviii. p. 406. libr. lviii. p. 645.

DIONYSIVM *Halicarnassensem* libr. iii.

p. 263. quod vnicum forte apud hunc

scriptorem est effatum, vbi Πότλιος legi-

tur pro πότλιος, et PLVTARCHVM vir. M.

Crafft, tom. i. operum, p. 548. vir. Populi-

cole, p. 103. parallel. tom. ii. operum, p.

310.

p) class. vi, inscr. 79; p. 435.

q) p. 193c xxv. inscript. 4.

r) p. 191xxxxviii. inscript. 7.

s) p. 193c xxviii. inscript. 11.

t) in inscriptione aliqua, sinistro Memnonis cruri incisa, a POOCOKIO data et a viris cel. IAC. PHIL. D' ORVILLIO animadu. in Chariton. Aphrodise. p. 531. et PAUL. ERNEST. IABLONSKIO de Memnon. græc. et Aegypt. Syne. iii. cap. 6. p. 92. repetita.

u) vide IVL. CAES. SCALIGERVM in-  
dice Gruter. cap. xviii. p. LXXXIX.  
CAROL. CAES. MALVASIAM marmor.  
Felsin.

et in iis vocibus, quae PUBLII nominis adfinis sunt, litteram v in o; b vero in p mutasse, videas. Ita in marmore apud IOANNEM DOMINICVM BERTOLIVM x), PVP. siue PVPLIVS legitur pro *Publius*; apud GRVTERVM y); PVPLIA pro *Publia*, et alio loco z) POPLIVS pro *Publius*; apud OCTAVIVM RVBEVM a) pro: publicas, POPLICAS et apud GRVTERVM b) pro: agro publico, AGRO POPLICO, ne dicam de *Pubilia* tribu, quae modo recte PVBLILIA c); modo POBLILIA d), modo POPLILIA e), modo PVPLILIA f) scribitur, g) ac de *Publicia* gente, quam PVBLICIAM, POBLICIAM, et POPLICIAM vetusta marmora efferrunt apud IAC. GRVTERVM b), THOM. REINESIVM i), CAROL. CAES. MALVASIAM k), SERTORIVM VRSATVM l), ANNIBAL. DE ABBATIBVS OLIVERIVM m), IO. DOMINICVM BERTOLIVM n), PETR. SANCTIVM BARTOLIVM o) alias.

Felſin. p. 462, et IO. NIC. FVNCCIVM, leg. XII. tabul. p. 21.

a) antichit. d) Aquileias, p. 264. inscr. CCCCLXXVII,

y) p. 10 CCLXXXII, inscr. 7.

z) p. 10 CCCC LI, inscr. 6.

a) in memorie Breſciane, p. 241. inscr. 2.

b) p. CL, inscr. 6.

c) vid. GRVTERVM, p. 10 LXVIII, inscr. 1. p. CI OCK. inscr. 9. p. CCCLXXXII, inscr. 12.

d) vide eundem p. CLXXXV, inscr. 1. p. CCCXX, inscr. 6. p. CCCCXVII, inscr. 2. p. 10 CCCCCX, inscr. 7. et THOM. REINESIVM claf. VI. inscr. 44. p. 418.

e) ib. p. CCCCCXXXIII, inscr. 44. p. 418.

f) ib. p. CCCCCXXXIII, inscr. 6. p. CCCCCXXXVIII, inscr. 6. p. 10 CCCCCX.

g) vide CAROL. SIGONIVM de ant. iur. ciuium Rom. libr. I. cap. 3. p. 41.

h) p. 10 CCCCCXVIII, inscr. 8. p. 10 CCCCCXVIII, inscr. 2. et 3. p. 10 CCCCCXXXVIII, inscr. 5. p. 10 CCCCCXVI, inscr. I. p. LXIII, inscr. 7. p. CI OIL, inscr. I.

i) claf. x. inscr. I. p. 589.

k) marmor. Felſin. p. 99. et 101.

l) in marmi erudit. p. 4. 98. et 104.

m) marmor. Pisauens. p. 67. inscr. CL X V. p. 51. inscr. CX VI.

n) 191. inscr. CCXIII. p. 131. inscr. CXXIII. p. 423. inscr. 10CXXVIII.

Adde YRSINVM et PATINVM in familiis Romanis voc. Publicia gens.

o) veterum sepulcris, seu mausoleis Romanorum

que. Plura eius generis, quae ad grammaticorum fundum pertinere videntur, possim in medium proferre, si diutius his immorari animus foret; neque ad paullo difficultiora, quae potissimum ad ipsum nominis huius in profanis monumentis usum spectant, esset properandum.

## III

PUBLII nomen fuisse, si originem respicias, romanum, aliis a pupillis, aliis a pube; aut a populo id deriuantibus, nemini ignotum esse potest, qui ex antiquis VALERIVM MAXIMVM <sup>p)</sup> vel quicunque auctor de nominum ratione epitomes fuerit; ex recentioribus vero ONVPHR. PANVINIVM <sup>q)</sup>, CAROLVM SIGONIVM <sup>r)</sup>, SERTORIVM VRSATVM <sup>s)</sup>, CHRIST. BECMANNVM <sup>t)</sup>, IVST. LIPSIVM <sup>u)</sup> et SAMVELEM PITISCVM <sup>x)</sup> legerit. Neminem porro fugit, quum Romani nomen, quod gentis, ab illo, quod familiæ esset proprium, hocque porro ab eo, quo singuli in una familia fratres, aut gentiles discernebantur, distinxerint), hoc prænomen, illud cognomen, istud nomen vocatum; PUBLII vero nomen prænominum classi adscriptum fuisse, id quod si fuse ostendere vellem, vix operæ pretium me facturum esse crederem, quum res ipsa tot inscriptionum et num-

morum

manorum et Etruscorum, quæ, cum 10.  
PETR. BELLORII explicationibus edita,  
ALEXAND. DVKERVS ex Italico in lati-  
num sermonem transluxit, Lugd. Bat.  
CIOIO CXXVIII, figur. XXVII et XXXX.  
p) epit. de nom. rat. p. 852. edit. VA-

LERII MAXIMI, ab ANTON. THYSIO  
curata.

q) de nom. rom. tom. II. thes. ant. rom.  
GRAEVII, p. 2032.

r) de nom. rom. cap. II. tom. II. eiusd.  
thesauri, p. 1955.

f) in marmi eruditii, epist. VI. p. 114.  
et libr. de not. Rom. tom. XI. numerati  
thesauri p. 891.

s) originibus lat. lingue, p. 593.

u) tom. III. operum, p. 1473.

x) lex. antiquit. Rom. tom. III. p. 208.

y) vid. IVSTVM LIPSIVM et ON-  
PHRIVM PANVINIVM locis excitatis,  
RAPHAELM FABRETTVM inscriptioni-  
bus domesticis, cap. I. p. 22. et SERTO-  
RIVM VRSATVM in marmi eruditii, lettera  
VII. p. 118.

morum suffragiis, et, praeter haec, HORATII <sup>2)</sup>, DIOMEDIS <sup>2)</sup>, PRI  
SCIANI <sup>b)</sup>, reliquorumque grammaticorum, in primis DONATI,  
COSENTII et CARISII testimonii est confirmata. De eo  
vero quæstio haud ex vano adserri posse mihi videtur: utrum  
Publius noster apud LVCAM vnicum gesserit nomen; aut praeter  
illud, plura, more sui æui, habuerit. Quod si solo PUBLII voca-  
tus fuisset nomine, pro græco; aut Melite insulæ inquilino, cuius  
maiores Græci fuerunt, quam romano homine eum habere mallem,  
siquidem Græci perinde ac Iudæi eo aëuo romana nomina adsumere  
eoque vniuersaliter nonnumquam pluribus, vti solebant; nulla tamen, quod  
prænomen inter et nomen, aut cognomen est, discriminis habita  
ratione <sup>c)</sup>. Ita IOANNEM et ILLUM, qui euangelium scripsit, gente  
Iudæum, MARCI: SIMEONEM NIGRI: Barnabam IVSTI: Saulum  
PAVLII, Iasonem SECUNDI <sup>d)</sup>, Silam TERTII <sup>e)</sup>, alium Iudæum,  
cuius Paulus mentionem facit, CRISPUS <sup>f)</sup>, immo nonnullos <sup>CAII</sup> <sup>g)</sup>,  
ipsumque PUBLII <sup>b)</sup> nomen adsumisse, satis ex variis testimoniiis,  
ab HVGONE GROTI <sup>i)</sup>, GISP. CYPERO <sup>k)</sup>, IO. HENR. VRSINO <sup>l)</sup>,  
FRID. ADOLPH. LAMPIO <sup>m)</sup>, IO. LIGHTFOOT <sup>n)</sup>, IO. BRAVNIO <sup>o)</sup>,  
CAROL.

<sup>2)</sup> libr. II. sermonum, sat. 5. v. 32.

<sup>a)</sup> libr. I. cap. 2.

<sup>b)</sup> libr. II. p. 17. edit. Aldin.

<sup>c)</sup> vid. FAUVSIANAM Achaic. cap. VII.

p. 540.

<sup>d)</sup> Rom. XVI, 21. coll. acror. XXI 4.

<sup>e)</sup> Rom. XVI, 22.

<sup>f)</sup> 1. Cor. I, 15.

<sup>g)</sup> ibid.

<sup>b)</sup> vid. IOSEPHVM, libr. XIV, antiquit. iudaic., cap. IO, rom. I. p. 705. edit. HAVER-  
CAMPUS, et add. IAC. GRONOVIUM not.

ad decretâ româna et asyatica pro Iudeis, p. 38.

<sup>i)</sup> prefatione, præmissa eius in Marcum  
adorationibus, tom. II, eius operum thea-  
logicorum, p. 291.

<sup>k)</sup> apoteosis Homeri, p. 17-18.

<sup>l)</sup> analœcias sacrâs, part. II, libr. 3, cap. 3.

<sup>m)</sup> prolegomenis, præmissis eius in euau-

gelum Ioannis commentario, libr. I. cap. 2.  
p. 22.

<sup>n)</sup> horis elvâicis et talmudicis, in 1. Cor.  
I, 1. tom. II, eius operum, p. 883.

<sup>o)</sup> selectis sacrâs libr. I. cap. 3. p. 53.

CAROL. GOTTL. HOEMANNO p) up adlatis, potest comprobari. Idem etiam de Græcis aliisque gentibus tenendum est q), id quod non solum TITI exemplo confirmatur, quem natione Graecum, patria Cretensem fuisse, satis est exploratum r); sed etiam ex insignibus effatis PHILOSTRATI et CICERONIS, quorum hic Lucii Caii et Auli Licinii Aristotelis, gente Melitensium et Marci Crassi Mamertini, natione Siculi, meminit s); ille vero Ionios ab Apollonio reprehensos esse, refert, quod apud eos romana nomina frequentiora essent, quam græca t). Inprimis huc referendæ sunt

b) vid. ad Prītii introductionem in lectio-  
nem noui testamenti, cap. XIII. p. 164.

q) vid. HVMFRED. PRIDEAUVX marmor.

Oxonienſibus, p. 153. et CAROLVS CAE-

SAR MALVASIA marmoribus Felsneis, p.

414. Si vera esset marmoris cuiusdam

Melitensis, a SAM. BOCHARTO geograph.

saer. p. 552. PHIL. GLUVERIO Sicil.

antiqu. p. 443. 10. FRANC. ABELA

Melit. illuſtr. libr. II. notit. 4. p. 146.

EDWARDO CORSTINIO notis Græcorum

p. 40. IANO GRUTERO, p. CCCLXXX

VIII. inscr. 4. et THOM. REINESIO in-

script. class. v. num. 7. p. 357. suppeditati,

et lectio et interpretatione, ab ABELA libr.

excitat. p. 146. adlata, ea, quæ de

Græcorum, nomina romana sibi adsci-

endi et prænomina velut gentilitia

nomina gerendi, consuetudine dicta sunt,

ex illo lasso abunde confirmari possent,

Sic enim legit ibi verba ABELA

Α. KA. ΥΙΟΣ ΚΟΡ.

sed corrupta ea esse, omnes rationes

extendunt. Quapropter ista emendata sic

redit CIANTARVS, dissertationibus de

Paulo apost. in Melitam electo, pag. 321:

Α. K..... KYOS KIR. et adhuc emenda-

tiōREINESIVS class. v. inscript. 7. p.

357: Α. K.... KIOS KYR, latine, sup-

pletis iis, quæ dēesse REINESIO videntur:

Lucius Caſtricus Quirina tribu, ABELA

vertit: L. Caius filius Cyri, et sic quidem

male, si et vera lapidis foret lectio, quum

vertendum potius fuisset: Lucius, Caii

filius, Quirina tribu.

r) vid. venerandi parentis dissertationem

de Tito viro apostolico, §. I. p. 708. Ieius

miscellaneorum facrorum et MATTHAEVM

HILLERYM oromastico sacro, cap. L.

p. 677.

s) vid. de his CICERONIS aliorumque

effatis, quæ hoc faciunt, IOANN. ANTON.

CIANTARVM dissertationibus apologeticis

de Paulo in Melitam insulam manufragio

electo, diff. VIII. §. 3. p. 195. et diff. XV.

§. 2. et 3. p. 314.

t) apud PHILOSTRATVM vit. Apollon.

libr. IIII. cap. 5. p. 143, edit. OLEARII.

B

eiusdem Apollonii epistolæ, quæ inter editas a GOTTFRIDO OLEARIO u) supra septuagesimam sunt prima et secunda, et quarum altera Ionibus, altera Hestiaeo fratri nominum romanorum vſus, cuiusmodi LVCVLLORVM, FABRICIORVM, LVCIORVM, LVCRETIORVM, LVPERCORVM effent, valde exprobratur, ne dicam de Claudio imperatore, quem, peregrinæ conditionis homines vſurpare romana nomina, vetuiffe, SVETONIUS x) memorie prodidit, ac speciatim tam de inscriptionibus Melitensibus et Gaulitanis, a GEORGIO GVALTHERO y), IO. FRANCISCO ABELA z) et IO. ANTON. CIANTARO a) collectis; quam de martyrologiis, nominatim BEDAE, VSVARDI b) aliorumque, quum in his varii PVBLII c), qui natione neutiquam Romani; sed peregrini fuerunt; in illis Melitenses quidam, quorum maxima pars Græcis constabat, nomina romana gerentes, percensentur. Nolo igitur refragari, si qui, Publum nostrum aut Melitensem; aut Græcum extitisse eumque prænomen romanum nominis gentilitii; aut cognominis loco adsciuisse, credere velint, cum quod, hanc nominum romanorum adoptionem Græcis in vſu fuisse, iam ostendi; tum quod illos

u) in PHILOSTRATI operibus, p. 407.

x) vit. Claudi, cap. xxv. §. 8. p. 687.  
edit. SAM. PITISCI.

y) tabulis antiquis Siciliæ et adiacentium insularum, tom. x. vol. 7. thesauri antiquitatum et historiarum Italiae IO. GEORG. GRAEVII, p. 862.

z) descriptione Melitæ atque adiacentium insularum, libro 11. notitia 6. tom. x. vol. 18. memorati thesauri, p. 162. sq.

a) dissertationibus apologeticis de Paulo in Melitam insulam naufragio electo, diss. xv. p. 314. sq.

b) vid. CIANTARVM libro iam laudato p. 315.

c) eiusmodi Græcos, qui PVBLII gefuerunt nomen, ex menologio ecclesiæ orientalis excerpit IO. FRANCISCVS ABELA, operis laudati libr. III. nov. 4. p. 443. Hic solum, inquit, subiungemus, tali nomine sepe vſos fuisse antiquos Græcos, cet. inter alia ibi fit mentio decimo tertio maii sancti PVBLII martyris, itidem decimo quinto alterius sancti PVBLII, etiam martyris, quarto aprilis, sancti patris PVBLII et non octobris sanctæ PVBLIAE martyris.

illos haud raro praenomina romana ut nomina; aut cognomina gessisse, ex eorum, quae modo adduxi, exemplis haud obscure potest confirmari. His merito et hoc marmor adiungendum esse censeo d):

ΠΡΙΜΑ

ΘΤΓΑΤΗΡ

ΠΟΤΒΛΙΟΤ

ΕΖΗΣΕ. ΕΤΗ

ΤΡΙΑΚΟΝΤΑ

sine dubio a græco homine factum, qui, vt forsitan Publius Melites, solum PVBLII nomen adsumsit.

III

AT ponamus, Melitensem nostrum, praeter PVBLII nomen, et alia gessisse nomina, quid, quæso, tum de hoc PVBLII nomine est statuendum? Credamus, illud prænominis vices in nobilissimo hoc viro gessisse; aut gentis dicamus; sive familiæ potius, ex qua originem duxit, proprium exstitisse? Coniecturæ sunt, ex quibus hac de re disputo; neutram vero earum ita esse comparatam, arbitror, vt ab omniveri specie abhorrire videatur; sed utramque habere, vnde præsidium petat; aut aliquam quodammodo probabilitatem. De vnaquaque pauca pro instituti ratione si adferam, haud inconsulte me id facturum esse existimo. Quodsi, πέριον hunc Melitensem prænominem PVBLIVM vocatum esse, credamus, rem ipsam nullam plane difficultatem habere ac facili negotio expediri posse, puto; maxime, quod PVBLII prænomen in gentibus romanis frequentissimum exstitisse, summa in antiquis scriptoribus, nummis et marmoribus exemplorum copia testatur. His accedit, si genera-

B 2 tim

d) apud GRVTERVM p. CIQXXV. inscript. 4.

tim de veterum historicorum consuetudine, virorum nomina haud integra exhibendi; sed eorum modo hoc: modo illud omittendi, disputatur, diuinum scriptorem LVCAM nullius negligentiae esse adca-  
sandum; sed aliorum eorumque probatissimorum scriptorum exemplis possē defendi. Id quemlibet daturum mihi confido, qui LIVIVM e), qui PLVTARCHVM, qui DIONEM CASSIVM legerit, qui veteros nummos inspexerit, qui marmora et faxa antiqua perlustraverit, ac vel leuiter expenderit nomina in illis scribendi rationem. Ac de his, ne nimis oratio mea se diffundat, solummodo ut dicam, quis *L. Pisonis*, *M. Marcelli*, *Cn. Lentuli*, *M. Agrippae*, *L. Planci*, *C. Blandi* in GRVTERO passim mentionem esse factam, ignorat, omissis CALPVRNII, CLAVDII, CORNELII, VIPSANII, MVNATII atque RVBELLII nominibus gentilitiis f)? Taceo, in inscriptionibus saepe, vt apud nostrum LVCAM, vnico solummodo nomine vocari viros, et tales quidem, quos ingenuos fuisse; neque ad seruorum familiam pertinuisse, omnes rationes suadent. Si modo GRVTERIANA, si REINESIANA, si TVRRIANA, si PISAVRENSIA, TAVRINENSIA, atque id genus alia marmora vel *ἐν παροδῷ*, vt Graeci aiunt, peroulutare velis, multa huius rei exempla sponte vel leuiter quaerenti tibi fese offerent, adeo, vt superuacaneum foret, si congerere ea hoc loco operosius vellem. Nolo quidem in omissionis huius caussam in præsenti inquirere, quam credo, maxime in eo fuisse positam, quod multi gentilitium nomen non geregant, sed cognomine potius delectabantur, vti *M. PERPERNAM*, *C. NORBANVM*, *M. AGRIPPAM* ex Vipsania, *C. MAECENATEM* ex Cilnia, *C. VERREM*

ex

e) de LIVIO speciatim vid. CAROL. VII, p. 1934.

SIGONIVM, de nominibus Romanorū, tom.

II. thesauri antiquitatum Romanar. GRAE-

f) vid. RAPH. FABRETTVM inscriptionib. domesticis, cap. vi. p. 461.

ex Cornelia gente scimus fecisse <sup>g)</sup>, cuius generis et  
PVELIVM nostrum esse forsan potuisse ac prænomen; quam nomen,  
aut cognomen, gerere maluisse ab eoque dici se voluisse, haud plane  
negauero; attamen si, Publili nomen apud LVCAM viri huius Meli-  
tensis prænomen fuisse, credamus, ad id potissimum respiciendum esse  
videtur: num veterum historicorum moris fuerit, ut prænomen solum,  
omisso et gentis et familiae nomine, nonnumquam adducerent, quem-  
admodum LVCAM fecisse videmus?

## V

VERISSIMVM est, veteres scriptores non omnia virorum, de  
quibus loquuntur, nomina percensere; sed duo solummodo, alterum  
prænomen; alterum cognomen, adducere, nonnumquam et prænomen  
reticere eiusque loco nomen addere solere. Fateor tamen simul,  
solum prænomen sine reliquis nominibus in priscis scriptoribus num-  
quam fere reperiri; nisi proxime ipsa gens ac familia in patre; aut  
filio indicata fuerit. Vnde saepe illæ siglæ P. F. Publii Filius, ac  
græcæ π. τ. Ποτλίς τις occurrunt <sup>b)</sup>, quo et hanc apud IOANNEM

B. 3. hoc . . . MARAN-

<sup>g)</sup> vid. ONVPHRIVM PANVNIVM de nominibus Romanorum tom. II. thesauri lau-  
dati, p. 1996. Iq.

<sup>b)</sup> vid. præter multa alia vbius fere  
obviis exempla: IAC. SPONIVM itinerario,  
in p. 136. Eo spectant quoque in hac in-  
scriptione: Π. ΛΙΚΙΝΙΟΣ ΠΥΑΙΜ ΠΡΕΙ-  
ΚΟΣ ΙΟΥΟΥΕΝΤΙΝΙΑΝΟΣ ARΧΙΕΡΕΥC-  
ητ. sigla græcæ ΠΥΑΙΜ, quas SPONIVS  
miscellaneis eruditæ antiquitatis p. 363;  
et populus Attic. p. 225, male sic reddidit:  
PYEM, melius illustrissimus marchio SCIP.  
MAFFEIVS, siglis Græcorum lapidariis,

p. 64. Υιος ἐν τῆς Αιγαῖης, sive, ut ad-  
huc rectius EDWARDVS CORSINIUS notis  
Græcorum, p. 5. habet: Ποτλίς Υιος  
AIM. id est, Aemilia tribu. Ita enim  
diserte hæc vox suppleta legitur apud il-  
lustrissimum MAFFEIVM, antiquitaribus  
Gallie, p. 6. Atque hæc explicatio con-  
venit cum vera ipsius marmoris apud LV-  
DOVIC. ANTON. MVRATORIVM thesau-  
ro inscription. p. CXXXVII. uum. i. lectio-  
ne, vbi sigla hæc ita distinguuntur: Π.  
Υ. AIM.

MARANGONIVM <sup>i)</sup>) inscriptionem christianam pertinere arbitror:

PUBLIO. FIL. IN. PACE

SVMFERON. ET. SABINA

PARENTES

et aliam apud RAPHAELEM FABRETTVM <sup>k)</sup>: HIC SITVS. IL  
LE. PEGO. MERVATOR. PUBLIVS. IPSE. QVOD  
VOCITATVS. SERAM, BAEIUS, COGNOMINE. PATRIS  
cet. itemque hoc TACITI effatum <sup>l)</sup>: repeti inde cognitionem inter  
Musonium Rufum et P. Celarem placuit, damnatusque PUBLIVS et  
Sorani manibus satisfactum. Idem obseruabis, vbi, quin de liber-  
tis sermo est, patroni nomen antecessit, quemadmodum in  
illo apud SERTORIVM VRSATVM <sup>m)</sup> est lapide: P. ROMPO  
NIO. P. L. ANTEROTI. POMONIAE. P. L. OPTA  
TAE cet. Verumenimero, vt nihil tam insolens fere dici pot-  
est, cuius non in priscis scriptoribus reperiantur exempla; sic idem  
videbis in prænominibus, que nonnunquam sola, omisso et  
gentis et familiæ nomine, viris in antiquis ingeniorum monumentis  
solent attribui. Ita, quod magnus SPANHEMIUS <sup>n)</sup> obseruat,  
græcis olim scriptoribus hoc familiare fuit, vt AVLOS, PUBLIOS,  
TITOS, MARCOS, LVCIOS passim solo prænominie efferent, qui  
Romanis HOSTILII, CORNELII, QVINCTII, ANTONINI et VÉRI  
dicerentur. Silentio prætereo testimonia, quæ ex IOSEPHO <sup>o)</sup>,

<sup>i)</sup> adpendice ad acta sancti Victorini, p. 92.  
<sup>k)</sup> inscript. domeſt. p. 418.  
<sup>l)</sup> libr. XIII. bift. cap. 40.  
<sup>m)</sup> in marmo erudit, lettera V, p. 77.  
<sup>n)</sup> de vñ et præstantia numismatum,  
p. 516. Varia ibi excitantur testi-

monia, ex quibus patet, scriptores tam  
græcos; quam romanos sepius viro-  
ram prænomina, omisssis gentis et fami-  
liae nominibus, adduxisse.  
<sup>o)</sup> libr. XIII. antiquitatum iudaic. cap.  
17. sa.

AMMIANO MARCELLINO <sup>o)</sup> atque TACITO <sup>p)</sup> ad id probandum peti possent, quorum hic Domitium vocavit CNEVM, ille Antono nimo imperatori, et iste Marco Crispo, Syriae praesidi, solum MARCI prænomen adsignauit, ad quorum censum et PLVTARCHVS pertinet, qui Caium Gracchum, quoties fere de ipso loquitur, toties CAIVM nuncupat <sup>q)</sup>, ne de reliquis ex eodem scriptore exemplis dicam, quorum tantum adhuc vnicum idque illustre hoc loco addidisse sufficiat. Loquitur PLVTARCHVS <sup>r)</sup> de P. HORATIO COCLITE, quem CICERO <sup>s)</sup> VELLEIUS <sup>t)</sup> et VIRGILIUS <sup>u)</sup>, solo familie nomine Coclitem, LIVIUS <sup>x)</sup> contra, FLORVS <sup>y)</sup>, VALE RIVS MAXIMVS <sup>z)</sup>, et ex Graecis POLYBIVS <sup>a)</sup>, addito gentis nomine, Horatium Coclitem, solus DYONTIUS Halicarnassensis <sup>b)</sup>, præmisso et cognomine: πόπλιον Ὀράτιον κέκλην vocant. Atque huius Horatii Coclitis solum prænomen habet PLVTARCHVS <sup>c)</sup>: πίττακος inquit, ἔλαβε τοσδέτην, scilicet γῆν, ὅση ἐπῆλθε τὸ ἀκόντιον ἀντὶ βαλόντων. Οὐ δέ Ρομαῖος ΠΟΠΛΙΟΣ, ἦν ἡμέρᾳ μιᾷ χωλὸς ἢν περιέσσεν, Pittacus tantum terre accepit, quantum, missio iaculo, conse quebatur; PVBLIUS vero romanus, quantum ipse una die claudus circumararet. Sine dubio etiam hic verba CICERONIS <sup>d)</sup> spectant, quibus alias Publīi, omisso gentis et familie nomine, mentio fit:

quid

<sup>o)</sup> libr. XXI. et libr. XXII.

<sup>n)</sup> libr. VIII. Aeneid. v. 650.

<sup>p)</sup> libr. XII. annalium, cap. 64.

<sup>x)</sup> libr. II. cap. 10.

<sup>q)</sup> vit. Tib. et C. Gracchi tom. I. ope run, p. 835.

<sup>y)</sup> libr. I. cap. x, §. 4.

<sup>r)</sup> praeceptis reipubl. gerenda, tom. II. operum, p. 820. Eiusdem Horatii Coclitis meminit vit. Poplicole, tom. I. operum, p. 105.

<sup>z)</sup> libr. III. cap. 2. §. I. libr. IIII, cap.

<sup>s)</sup> de legibus, libr. II. num. 9.

7. §. 2.

<sup>t)</sup> libr. II. cap. 6.

<sup>a)</sup> libr. VI. historiar. cap. 53. tom. II. operum, p. 691.

<sup>b)</sup> libr. V. p. 295.

<sup>c)</sup> loco memorato.

<sup>d)</sup> libr. IIII. ep. 7. ad Atticum.

quid enim vereris? quemcumque heredem fecit? nisi <sup>PUBLIVM</sup> fecit: itemque e): hoc magis sum PUBLIO deditus, quod me, quamquam a pueritia semper; tamen hoc tempore maxime, sicut alterum parentem, et obseruat et diligit, et MACROBII f): PUBLIVS Mucium in primis malevolum, quam vidisset solito tristiorum aut Mucio, inquit, nescio quid incommodi accessit; aut nescio cui aliquid boni; nisi haec verba sorte de Publio Syro mimo sint intelligenda, de cuius nomine eiusque ratione infra plura g). Sufficiant haec, quod ex iis satis patet, istiusmodi exemplis LVCAM defendi et excusari posse, si PUBLI non totum nomen; sed solum prænomen in suo de rebus christianorum gestis commentario dederit.

VI

e) libr. v. epist. 8. ad famil. §. 11.

f) libr. ii. saturn. serm. cap. 2.

g) quæ licet ita sint; nolo tamen ad horum testimoniorum numerum referre inscriptionem:

ΠΟΠΑΙΩΣ  
ΤΟΥΤΩΝ ΙΔΙΩΝ  
ΥΗΕΡΕ  
ΤΩΝ ΙΔΙΩΝ ΣΑΡΑΠΙΔΙΩΝ  
ΙΣΙΔΑΙ ΑΝΟΥΒΙΔΙ ΑΡΠΟ  
ΚΡΑΤΕΙ ΔΙΟΣΚΟΥΡΟΙΣ

<sup>a</sup> WHEELER *itinerar.* p. 375. itemque, licet corrupte, a SPONIO miscell. erud. ant. sect. I. p. 19. et a cel. PHIL. IAC. D'ORVILLIO miscell. observat. in auctores ver. vol. VII. tom. I. p. 55. editam, qui ob prænomen eum, qui vota fecit, Romanum esse, starnit; ΤΟΥΤΩΝ vero in ΤΟΥΤΩΝ aut ΤΟΥΤΟΣ ΤΥΤΥΣ inveniat.

Vii enim cel. EDWARDVS CORSINIVS diff. vi. ad not. Grac. p. CXXI. recte monstrauit, FABRETTVS inscript. domesticis, cap. VI. p. 493. ipsum marmor ex antiquioribus Gallandii schedis iam dedecrat, atque in eo legerat: ΠΟΠΑΙΟΣ ΤΟΥΤΡΟΠΟΙΟΣ cet. adeo; ut in hoc lapide Publili nomen non vt gentilium; sed, vt prænomen; addito tamen alio nomine, usurpatum esse, facile pateat. Ut cunque vero hac omnia se habeant, sufficit, exemplis a nobis vnum huius prænominis apud veteres demonstratum esse, hisque satis superque patere, si et huius πόρῳ solum prænomen a LUCAS adductum fuerit; diuinum tamen scriptorem nihil contra morem et consuetudinem ave-  
terum fecisse.

QVAE quamvis ita sint; nollem tamen eorum sententiae subscribere, qui hoc PVBLII nomen esse prænomen in hoc Lucæ effato, arbitrantur. Quodsi enim Publius noster Romanus fuit, quod quidem non satis expeditum est et exploratum: si is, præter Publī nomen, Romanorum more, et alia nomina gesſit, magis illud in hoc Melitensium decurione cognominis; aut gentilitii nominis; quam prænominis, vices sustinuisse, crederem. Si cognomē illud exſtit, decurio iſte potuit quodammodo PVBLIVS cognominari, ſive ingenuus ciuiſ fuerit; ſive libertus. Quod ad ingenuos ciues ſpectat, ſatis ex antiquis ſcriptoribus patet, in diuersis gentibus, immo ſepe in eadem gente, vnum nomen modo tamquam prænomen: modo tamquam cognomen adhibitum fuille. Confirmant id non ſolum auctor epitomes de nominum ratione, quem VALERIUM MAXIMVM dicunt fuille, hiſ verbiſ: que olim prænomina fuerunt, nunc cognomina ſunt, vt Poſtumus, Agrrippa, Proculus, et PRISCIA-NVS b), qui inueniuntur, inquit, multa, que in aliis personiſ ſunt prænomina, loco cognominum accipi; ſed patet id quoque ex nomine PAVLLI, quod Lepidorum, Fabiorum et Aemiliorum prænomen; horum vero quoque cognomen exſtit. Eadem eſt ratio in gente Valeria nominum VOLVSI et POTITI, quæ itidem mox cognominum: mox prænominum loco ſunt viſurpata. Sic Lentuli coſſi nomine vt prænomine, Cornelii vt cognomine ſunt viſi. Nomina POSTVMI et PROCVLI in gentibus Aebutia, Cominia, Gegania ac Virginia prænomina et cognomina fuerunt, id quod etiam de gentibus Seruilia et Plautia patet, quarum illa no-men POSTVMI: hæc PROCVLI vt cognomen viſurpauit. Idem

C

b) de octo part. orat. libr. II, p. 17, edit. Aldini.

tenendum est de nominibus AGRIPPA, MAMERCVS, TVLLVS, NERO, quæ modo prænominum: modo cognominum vices sustinuerunt i). Simile fere exemplum huius rei quodammodo in Pacuio habemus, quem prænomen suum MARCVS ad nomen *Pacuuius* velut cognomen nonnunquam adiunxit, ex eius, quod AVLVS GELLIUS k) nobis seruauit, epigrammate, patet, cuius tertium versum omnes editiones antiquæ et libri manuscripti sic legunt:

*bic sunt poetæ Pacuiei MARCEI sita  
fecus ac SCALIGER l) vult, qui contra codicum fidem, Marci  
Pacuui ponit, vt recte IAC. GRONOVIVS m) obseruat. Idem de  
prænomine TITI tenendum est, quod in cognomen passim mutatum fuisse, hoc apud SERTORIVM VRSATVM n) marmor docet:*

D. M

M. AVREL. SENECIO  
NIS. MIL. COH. V. PR.  
P. V. EX. 7  
CAECILIANI. QVI. VIX  
ANN. XXX. M. VLPIVS  
TITVS. COMMANDIPVLVS  
ET. HERES. EIVS. CONTV  
BERNALI. CARISSIMO  
POSVIT.

deque

i) vid. EZECH. 'SPANHEMIVM de vſu p. 120. edit. GRONOVII.

et præstantia numismatum, vol. II. p. 35.

IAC. PERIZONIVM animaduerſion. biſto-

rīcīs. p. IIII, et marmor Hispaniæ antiquum,

vexacionis christianorum Neronianæ inſigne

documenzum, p. XXXVI.

k) libr. I. nocturnum Atticarum, cap. 25,

p. 120. edit. GRONOVII.

l) catalectic veterum poetarum ad hoc

Pacuui epigramma.

m) nor. ad GELLII excitatum locum,

p. 120.

n) in marmi eruditii lettera II. p. 16. adde-

letter. XI. p. 263.

deque multis aliis prænominibus, quæ multi clarissimi viri tam Romæ; quam in prouinciis tamquam cognomina adoptarunt. Probarunt id præter alias **ONYPHRIVS PANVINIVS** <sup>o)</sup> et **CAROLVS SIGONIVS** <sup>p)</sup> ac de nominibus **AGRIPPA**, **FAVSTVS**, **PROCVLV**, **POSTVMVS** et **TULLVS** obseruarunt, adsciuisse ea sibi multos ut cognomina; quæ tamen apud Romanos prænominum natu-ram ab initio habuissent. His addi possunt **PRIMI**, **SECUNDI**, **TERTII**, cet. nomina <sup>q)</sup> quæ a **CAROLO SIGONIO** pro prænomini-bus, a **FRANCISCO** contra **ROBERTELLO** pro cognominibus habita sunt; quum tamen ad utrumque nominum genus, ad prænominum et cognominum classem, simul amandari a doctissimis his viris me-rito debuissent, id quod facile multis exemplis, si necessarium for-ret, possem demonstrare. Hæc quum ita fese habeant, facile pa-tet, Melitensem nostrum **PUBLII** prænomen nomini suo adiungere tamquam cognomen potuisse; nec insolentem fuisse illam, præno-mina in cognomina mutandi, consuetudinem. Neque obiicere quis potest, ipsam terminacionem **IVS** in hoc **PUBLII** nomine haud pa-ti, ut ad cognomina illud referatur. Evidem haud ignoro, ter-minacionem hanc nominum gentilitorum et prænominum pro-priam fuisse; tamen eximi ab hac regula debent non solum varia cognomina, in **IVS** desinentia, ut **PIVS** et **CAPRARIVS** Metellorum:

C 2 0 T O I V      TRIA-

<sup>o)</sup> de nominibus Rom. tom. II. thesauri peditauit **IO. GEORG. GRAEVIVS**, præfar-  
ant. rom. I. G. GRAEVII, p. 2023.

<sup>p)</sup> de nominibus Romanor. tomo eodem, rum, p. XXII. In marmoribus Pi-  
fauensibuc, inscrip. XXVIII, LIII, LXVIII.  
p. 1959.

<sup>q)</sup> vide, quæ de his nominibus in PE-TI SERVII, incidi romani, miscellaneis, leguntur tom. II. miscellan. GAVDENTII ROBERTI p. 75, sq. et quæ ex illis sup-

ad tom. II. thesauri antiquitatum Romana-rum, p. XXII. In marmoribus Pi-  
fauensibuc, inscrip. XXVIII, LIII, LXVIII.  
LXXXII, CXXXII. prænomina hæc tam-  
quam cognomina, ut in multis aliis in-  
scriptionibus, usurpata sunt. Adde mar-  
mora Taurinenſia, part. II, p. 113.

TRIARIUS Valerii, QVADRIGARIUS <sup>Q.</sup> Claudi apud GELLIVM <sup>r)</sup>,  
LANARIUS Calpurnii apud PLVTARCHVM <sup>s)</sup>; sed etiam plurima  
illa cognomina, quæ, ex praenominibus sumta, in cognominum suc-  
cesserunt locum, et ad quorum cladem etiam PUBLII nomen iure  
meritoque debet referri <sup>t)</sup>.

## VII

AT iure querere quis potest de exemplis, num adsint, quæ  
idem de hoc PUBLII nomine, quod alia iam adlata de aliis præ-  
nominibus, confirmant. SERTORIUS VRSATVS <sup>u)</sup> disertis adfir-  
mat verbis, ut cognomen usurpatum fuisse PUBLII prænomen; ne-  
que desunt exempla et testimonia, quæ sententiae huic fidem con-  
ciliant. Prouoco ad hoc apud IAN. GRUTERVM <sup>x)</sup>, SERTORIUM  
VRSATVM <sup>y)</sup>, ANTON. RIVAYTELLAM et IO. PAULL. RICOLVI-  
VM <sup>z)</sup> saxum:

D. M.

POLITICI

PUBLII

POSVERVNT

CALLISTRAT

FRATER. ET

VICTORIA. COIVX

B. M.

- <sup>r)</sup> libr. III. noctium Atticarum, cap. 8.  
P. 226, ed. GRONCVLII.  
<sup>s)</sup> vit. Q. Sertorii, tom. I. operum,  
P. 571.  
<sup>t)</sup> vide IAC. PERIZONII diff. de Au-  
gusta orbis terrarum descriptione, §. XXX, p. 114.  
<sup>u)</sup> de not. Romanorum, tom. XI, thesa-  
ri ant. rom. GRAEVII, p. 89<sup>1</sup>.  
<sup>v)</sup> p. CICXXXVI. inscr. 12.  
<sup>w)</sup> loco excitat.
- <sup>x)</sup> marmoribus Taurinensis, part. II.  
<sup>y)</sup> p. 114.

Memorati *marmororum Taurinensium* editores *a)* PVBLII nomen hic pro gentilitio quidem habere videntur; sed rectius VRSATVS *b)* et præter hunc, magnus IOSEPHVS IVSTVS SCALIGER *c)* Politici huius cognomen PVBLII fuisse, credunt. Pronoco porro ad hoc apud REINESIVM *d)* marmor: ΠΟΤΠΑΙΟΣ ΑΝΘΤΠΑΤΟΣ ΑΡΧΩΝ ΙΩΝΙΑΣ ΦΡΤΓΙΑΣ cet. in quo omnes rationes docent sermonem esse de proconsule Asiae, EVXENIANO PVBLIO, sive, ut interpres latinus *epistole* imperatoris MARCI ANTONINI apud CAESA-REM BARONIVM *e)* eum vocat, PVBLIONE, et de quo ipse laudatus REINESIVS *f)* est videndus. Testem porro adfero alium lapidem apud IOANNEM SELDENVM *g)*, in quo citharœdi cuiusdam, et, ut adparet, græci, mentio facta est, cuius nomen Γ. ΑΝΤ. ΣΕΠΤΙ-ΜΙΟΣ ΠΟΠΑΙΟΣ fuit, quo etiam, nisi me omnia fallunt, hic la-  
pis apud MVRATORIVM *h)* debet referri:

C. PVBLIVS L. BAEBIVS  
PHILEMO CN. F. SER

nisi in hoc marmore quis nomen PVBLIVS pro gentilitio nomine velit habere. Eo fortasse quoque spectat haec apud IOANNEM MARANGONIVM *i)* ex Saturnini cemeterio adlata inscriptio :

C 3

BIN-

- a)* libra excirato, p. 114.
- b)* loco memorato,
- c)* indice ad GRVTERI inscriptions, cap. XXIII. p. CXXXVIII. voc. Politicus. Cu-  
ue tamen, ne hoc, indicem fortasse SCA-  
LIGERI sequutus, p. CXXXXVI. referas in-  
scriptionem GRVTERI p. CCCXXXIIII.  
num. 2. in qua PVBLII nomen pro co-  
gnomine usurpatum esse, SCALIGER im-  
merito credit. In ipso enim lapide non  
est PVBLIVS; sed PVBLICIVS; sive emen-
- d)* class. vi. inscript. 79. p. 436.
- e)* annualibus ad ann. christi CXXXVI.
- f)* loco excitato.
- g)* vide REINESIVM Syntagm. inscript.  
p. 366.
- h)* nou. thesaur. vet. inscript. tom. III.  
class. 23. p. 1787. num. 26.
- i)* adpendice ad acta sancti Victorini. p. 75.

BINKENTIO  
ПО. КОЗОНГИ СИ  
АЗОТАЛАНН

si nempe siglam нo per ΠΟΠΛΙΟΝ interpretari velimus, quamvis eam et alias explicandi rationes admittere pari probabilitatis specie possе, ex doctissimo EDVARDO CORSINIO k) pateat. Si præterea Publius noster libertus forsitan fuit, res plane nullam habet difficultatem. Libertos enim sua nomina a prænominibus dominorum suorum saepe accepisse ac postea manumissoſ et in libertatem vindicatos, nomina dominorum adsumſſe pristinumque suum nomen ad illa adiunxiſſe ac per id re ipsa prænomen in cognomen mutaſſe, satis superque notum est l). In his et PVBLII prænomen a libertis velut cognomen usurpatum fuisse, hoc apud RAPHAEL. FABRETTVM m) marmor docet:

## C. CRITONIVS

PV. PV. L

ARCHELAVS

IN. FRON. P. XIII

IN. AGR. P. XVI

k) not. Græcorum, p. 55.

l) vid. CAROL. SIGONIVM, de nomi-  
nibus Romanorum, tom. II, ſeſtaurī anti-  
quitarum romanarum GRAEVII, p. 1962.

m) inscriptionibus domesticis, p. 30. num.  
140. Adde quoque de hac figla p. L.  
SERTORIUM VRSATVM in marmi eruditis,  
lettera v. p. 81. Sic quoque in liberto-  
rum inscriptionibus nonnumquam figla  
p. sive Publius ibi, vbi cognominis locus  
est, occurrit, vt apud eundem FABRET-

TVM p. 381. inſcr. 35. sed tum plerum-  
que indicat patroni prænomen, si numerum  
siglam p. figla L. sequatur. Cae  
quoque, ne in his inscriptionis, a 108.  
ROCCO VVLPIO, tom. VIII. veteris Latii  
profani et ſacri, libr. XIV. cap. 6. p. 169.  
adlatæ, verbis: T. RAMIVS. T. F. P.  
RVFVS figlam p. de PVBLII cognomine  
explices tibique persuadeas, Titum hunc  
Ramiūm, vt et alibi nonnumquam fa-  
ctum est, duplex cognomen gefiſſe-  
Sigla

ne de aliquot Brixianis marmoribus dicam, in quibus siglas p. l. non vbius per *Publii Libertum*; sed nonnunquam quoque per *Publum Libertum* explicandas esse, OCTAVIUS RUBEVS <sup>n)</sup> recte monet. Ejusdem conditionis et *PUBLIVS* ille sine dubio fuisse videtur, cuius *PLUTARCHVS* <sup>o)</sup> mentionem facit, et cuius cognomen itidem *PUBLIVS* fuit: κάρτοι τὸν μὲν ξύφισηρα, πεποιημένον ἀπὸ τείχων ταλάντων ΠΟΠΛΙΟΣ οὐλέψας ἐπώλησεν Αριαράθη, at *gladii vaginam*, quæ *confitterat talentis quadriringentis*; *PUBLIVS* furatus venundedit Ariarathī. Quid multa? *PUBLIVS* *Syrus* libertus, quæ a nobis disputantur, satis superque suo exemplo comprobatur. Is enim prænomen *PUBLII* cognominis loco geslit, ita ut numquam aliter; quam solo *PUBLII* nomine, quemadmodum noster *PUBLIVS* Melitensis, ab antiquis scriptoribus adducatur, id quod A. GELLII <sup>p)</sup>, PETRONII <sup>q)</sup>, MACROBII <sup>r)</sup> et SENECAE <sup>s)</sup> effata satis superque testantur <sup>t)</sup>. Ac huius quidem *PUBLII* *Syri* exemplo permotus HUGO GROTIUS <sup>u)</sup>

fuisse

Sigla enim p. hoc loco contra scribendi morem tribum *Palatinam* indicat, ut ex alia, a LIGORIO data, a VVLFIO ibidem repetita, inscriptione patet.

<sup>n)</sup> memorie Bresciane, p. 331. Memoriis his Brixianis addita est dichiarazione delle abbreviature, contenute negli antichi marmi Bresciani, in qua diserte adfirmatur, siglami p. l. non semper *Publum Libertum* denotare; sed passim etiam *Publumi Libertum*.

<sup>o)</sup> in Pompeio, tom. I. operum. p. 641.

<sup>p)</sup> libr. XVII. cap. 14. p. 780. edit.

GRONOVI.

<sup>q)</sup> Saririco, cap. LV. p. 265, edit. BVRMANNI.

<sup>r)</sup> libr. II. *Saturnalium sermonum*, cap.

7. p. 344. lqq.

<sup>s)</sup> libr. I. epist. 8. libr. I. de tranquill. vite, cap. II. libr. VII. controv. 3. et consular. ad Marciam, cap. VIII. Adde NIC. HEINSIVM not. ad Petroni. p. 266. edit. BVRMANNI.

<sup>t)</sup> tribuitur tamen Publio huic, si modo *Syrus* ille est, ut IO. SCHEFFERVS cap. VIII. aduersariorum, quæ vol. VIII. observationum miscellanear. in antores veteres, p. 416. habentur, credit, nomen CARPI in SARISBERIENSIS opere, inscripto: *nugæ curialium*; BARTHIVS vero ibi legit: *Publius*; seu *Carpus*.

<sup>u)</sup> adnotationibus in acta apostolorum, cap. XXVIII, v. 7. tom. II. operum, p. 666.

fuit, qui et nostrum PUBLIVM pro liberto haberet, qua de sententia infra plura dicendi erit occasio.

## VIII

NEC fallerent se; aut contra veterum nominum romanorum usum aliquid contendenter, quibus Melitensis noster Publili præomen gentilitii nominis loco gesisse videretur. Quamquam enim temporibus liberæ reipublicæ prænomina, si in gentilitia nomina mutabantur, plerumque paullo immutari solebant, ita, ut, quæ, exempli gratia, ex prænominiis *Decimus*, *Quintus*, *Cæso*, *Hofstus*, *Flavius*, *Fuluus*, *Lucius*, *Marius*, *Postumus*, *Sextus*, *Volusus*, *Tullus*, cet. nomen suum trahebant, gentes, *Decimia*, *Quintia*, *Cæsonia*, *Hofstia*, *Flavia*, *Fulvia*, *Lucilia*, *Marilia*, *Postumia*, *Sextia*, *Volusia*, *Tullia* dicentur <sup>x)</sup>, et paucæ essent, quarum nomen, ex prænomine arcessitum, haud immutatum fuerit, ad quarum censum gentes *Tertia*, *Metia*, *Numeria*, *Appia*, *Statia* pertinent. Quamquam porro subconsulibus nullam PUBLIORVM gentem Romæ exstitisse; sed potius ex Publili nomine, *Publiliam* <sup>y)</sup> sive *POPILLIAM*, quæ a PUBLICIA sive dubio distincta fuit, factam esse, reperio; attamen, quod multi, imperatorum romanorum tempore, duo prænomina gerere, gentilitium vero nomen negligere, ac ad prænomina illa cognomen

adiun-

<sup>x)</sup> vide CAROL. CAESAREM MALVASTI MARMORIBUS FELINEIS, sect. IIII. cap. fuit. et sacr. tom. VII. p. 97. tom. VIII. p. 9. p. 177. sect. VII. cap. 4. p. 411. seq. 158. et IVL. CAESAREM SCALIGERIUM VRSATVM in marmi eruditum, CORRADINI ET VULPI Vetus Latiu- RVM, indice Gruteriano, p. cxxxxvii. Tri-  
p. 119. ONVPHR. PANVINIUM, CARO- bum PUBLILIAM cum POPILLIA; seu PO-  
LYM SIGONIVM locis excisiatis, illum p. FILIA eamdem fuisse, recte obscurat MA-  
2006. sq. hunc p. 1969.  
<sup>y)</sup> vide OCTAV. RYBEM memor. Bres- NVTIUS de ciuitate Rom. tom. I. miscell.  
ciane, p. 288. num. 70. p. 315. num. 61. GAVDENTII ROBERTI p. 186. 209.

adiungere solebant, factum inde esse, mihi persuadeo, ut et PVBLII prænomen in eum locum transiret, qui antea gentilitii nominis proprius fuerat <sup>z)</sup>). Varia marmororum exempla id satis superque testatum faciunt: Proutoco ad hanc apud IOANNEM VIGNOLIVM <sup>a)</sup> et LVD. ANTON. MVRATORIUM <sup>b)</sup> inscriptionem:

DIS. MAN.

P. PVBLIVS. PRIMVS

P. PVBLIO. CRESCENTI

FILIO. SVO. CARISSIMO FECIT cet.

ad illa laxa, quæ apud GRVTERVM <sup>c)</sup>:

D. M.

L. PVBLICI. FELICIS

L. PVBLIVS. FAVSTVS

FILIVS PATRI. B. M <sup>d)</sup>

itemque alio loco <sup>e)</sup>: LINARIAM

L. POPLIO. APOL

LINARI. VERNAE

SVO. B. M cet.

porro apud MVRATORIUM <sup>f)</sup>:

D

Q.

<sup>z)</sup> SERTORIVS VRSATVS non implica, pero, inquit, che di cognome ancora possa avere servito, mentre chi s'interna nella cognizione di simile antichità, vederà li primi trasformati in nomi gentilizii, particolarmente dopo che la repubblica cessé il luogo al imperio, nel qual tempo tutti li più inueterati instituti di quella, riceuerono alterazioni straughantissime, in marmi eruditissima lettera v. p. [81].

<sup>a)</sup> inscript. selectis, additis eius de co-

lumna imperatoris Antonini Pii dissertationi, p. 279.

<sup>b)</sup> ibid. nou. inscript. p. CCCC LXXXIII num. 12.

<sup>c)</sup> p. CCCXXXVIII. inscr. 8.

<sup>d)</sup> in hac inscriptione sine dubio mendum hæret. Nam aut patris nomen etiam PVBLIVS; aut filii PVBLICIVS fuit.

<sup>e)</sup> p. CCCCL. inscript. 6.

<sup>f)</sup> p. CCCCLXXXIII. num. 6.

Q. PVBLIVS SANTHVS VI VIR<sup>a</sup>  
AVGVSTALIS cet,  
et apud eundem g):

M. PVBLII  
ANTHI

leguntur, quo et p. PVPLIVS FORTVNATVS h): t. PVBLIVS RV-  
FINVS i): t. PVBLIVS CHARITO k): t. PVBLIVS LATINVS l) a-  
pud MVRATORIVM pertinent, ne de hoc marmore dicam apud RI-  
COLIVM et RIVAVTELLAM, editores marmorum Tauripensium m):

D. M.  
Q. RVBRIVS  
CRESCENS  
PVBLIAE  
MACTATORIAE  
CONIVGI

Eo quoque referenda esse faxa videntur, quibus sigla p. quæ in  
nominibus *Publum* semper fere designat n), inter prænomen et  
cognome

- g) p. CICIOCC LXXXI. num. 32.
- b) p. CIO CCLXXIII. num. 12.
- i) p. CIO CCCC LXXXIII. num. 5.
- k) ibidem.
- l) p. IOCC LXI. num. 5.
- m) part. II. p. 113. inscript. 124.
- n) caue tamen, ne litteras PVBL inter gentis et familiae nomina occurrentes, de PVBLII nomine interpreteris. Satis enim notum est, iis PVBLILIAM aut PVBLICIAM tribum designari. vide GRV-TERVM p. CCCCLXIII. inscr. 3. p. CICCVI. in-

script. §. OCTAVIVM RVEVM memor.  
Brescian. p. 273. inscript. 27. 10. DOM.  
BERTOLIVM antich. d' Aquil. p. 119. et  
168. RAPHAEL FABRETTVM inscriptio-  
nibus domesticis, p. 242. PHIL. A TVRRE  
moniment. vet. Antii p. 334. et 345.  
ANNIBALEM DE ABBATIBVS OLIVE-  
RIVM marmoribus Pisauent. p. 60. Sic  
et nomen gentilitium PVBLICIVS ita  
scriptum occurrit: PVBL. vid. REINE-  
SIYM, class. x, inscr. I. p. 595.

cognomen collocatur o). Ita est apud GRVTERVM p): Q. P. Q. F. CAPITONI cet. et alio loco q): T. P. COSMO et T. P. CHRESTO; itemque r) P. P. PRIVATO. P. P. FORTVNATVS, et Q. P. SENILISS), quo fortasse et hoc faxum spectat t): IOVI, OPT. MAX. Q. PV- DIONYSIVS, nisi dicere velimus, sigla hac gentile nomen aut PV- BLILII; aut PVPII indicari u), quemadmodum apud FABRET- TVM x), apud quem duo habentur marmora, in quorum altero L. P. QVINTII nomen redditur: L. PVPIVS QVINTIO.

## VIII

EX his luculenter patet, nullam esse in memorato hoc a Luca PVBLII nomine difficultatem, siue illud prænomen; siue gentis; aut familiae nomen habeamus. Quænam vero ex diuersis illis, quibus Melitensis noster nomen hoc gerere potuit, modis sententia reliquis sit præferenda, iudicent ii, quibus patria, et gens et familia nostri Publpii magis; quam mihi, est cognita. Eo difficilius enim certi quid ea in re statui posse, arbitror, quo minus nobis

D 2

maio-

o) sigla tamen hac imperiti librarii vñ quandoque sunt in nomine POMPEII, quo factum, vt nonnumquam POMPEII et PVBLII nomina in antiquis codicibus confundentur. Ita MANVTIYS ad verba CICERONIS, libr. v. ep. 20. ad famil. quibus meis litteris P. Sextio tradita esset, sic commentatur: legi malim, Pompeio. Opt. nor enim pro Pompeio aliquem scripsisse P. breuitatis cauſa. Inde aliis, quia prænomen illud per se confondere non posse intelligeret, et Sextium pauclo ante nominari au- maduereret, addidit: Sextio. Ita quoque libr. I. ep. 9. verba, quam, ut laudaret P.

372.

p) p. cīccccclxxxvi inscr. 6.

q) p. cīcccccx. inscr. 8.

r) p. cīcclii. inscr. 6.

s) p. xxxx. inscr. 5.

t) p. cīlxiiii. inscr. 6.

u) vide GRVTERVM; p. cīclxxxxv. inscr. 3. p. cīccccx. inscr. u. p. cīlxiiii. inscr. 15.

x) inscriptionibus dōmesticis, cap. v. p.

maiores Publui et quinam illi et nomine et patria fuerint, innouerunt, et quo maius est veterum de nostro Publio silentium. Graecum eum fuisse natione, multi existimant, in quibus præ ceteris IGNATIVM GEORGIVM <sup>y)</sup> et IO. FRANC. ABELAM <sup>z)</sup> esse video, quorum hic sententiae suæ argumenta ex eo potissimum repetit, quod, plurimos Melitenses Publui tempore Graecos natione extitisse; Publio vero nostro sacrorum Melitensium antistitis munus delatum fuisse; hoc vero nemini; nisi graece linguae peritissimo, deferri potuisse, satis constaret. Quam lubricum vero hoc sit, quod ultimo loco posuit Abela, ad firmandam suam de patria Publui sententiam, fundatum, quilibet per se videt, maxime, quod nullo idoneo argumendo ea, quæ nonnulli de sacro hoc Publui apud Athenienses munere comminiscuntur, possunt probari. Alii, et in his OCTAVIUS CAETANVS, PAVLLVS BELLIVS, SEBASTIANVS SALELLES, FRANC. PANIGAROLA, quos IO. ANTONIVS CIANTARVS <sup>a)</sup> laudat, et CIANTARVS ipse, Publum patria Melitensem fuisse, sibi persuadent, maxime, quoniam Publum parentes suos et prædia ibi habuisse, LVCAS dicat satisque notum sit, Romanos, si et prouinciarum administrandarum caussa Roma abessent, in his, quod ad breue tempus extra patriam commorarentur, nulla prædia et quidem tam amplissima, vt Publum, sibi comparasse; nec vñquam parentes suos simul eo deduxisse. Ab his discedunt PETRVS GALESIJVVS, IOANNES LORINVVS, IACOBVS TIRINVVS aliquie, a laudato IO. ANTONIO CIANTARO <sup>b)</sup> excitati, qui

<sup>y)</sup> diu Paullo apostolo int mari, quod  
nunc Venetus sinus dicitur, naufrago, p. 222.  
<sup>z)</sup> descript. Melitae, libr. II. notit. 7.  
p. 183. libr. IIII. notit. 4. p. 443.

<sup>a)</sup> de Paullo apostolo in Melitam nativitate  
gio electo, diff. xv. §. 7. et 8. p. 317. sq.  
<sup>b)</sup> libro memoraro, p. 313.

qui Publum nostrum gente Romanum exstitisse, arbitrantur. Prouocant hi cum ad eius nomen, origine romanum et inter Romanos visitatissimum; tum ad munus, quo perfunctus sit, quod a romanis ciuibus administratum fuisse in insula hac, sibi persuadent, itemque ad antiquam, a GRYTERO c) IO. FRANC. ABELA d), THOM. REINESIO e) aliisque pluribus datam, inscriptionem Melitensem, in qua LVCII CAII, equitis romani et ΠΡΩΤΟΤ ΤΩΝ ΜΕΛΙΤΑΙΩΝ, quod dignitatis nomen et Publio nostro sit a LVCIA tributum, mentio facta sit. Quemadmodum vero, qui ob prouinciam, a Publio administratam, Romanum eum fuisse, arbitrantur, satis superque, et muneris huius rationem; et municipiorum Romanorum, quale Melitam fuisse, non sine summa probabilitate adfirmatur, statum nescire se, luculenter profitentur, et ad haec vix ego ex adlato marmore puto quid pro Publio romano confici f); sed potius, quae

D 3

de

c) p. CCCCLXXXVIII. inscript. 4.

d) descript. Melite, libr. II. not. 4. p.

146.

e) inscription. class. v. num. 7. p. 357.

f) IO. FRANC. ABELA Lucium hunc Caium graecum hominem fuisse credit; neque ego alter sentio. His non obstat, vocari eum equitem Romanum et pertinuisse ad tribum Quirinam, id quod nonnulli ex his lapidis verbis probari posse, credunt: Λ. Κ - - ΚΙΟΣ ΚΥΡ. ΠΡΟΥΔΗΝΣ. ΙΠΠΕΥΣ. ΡΟΜΑΙΩΝ. Quemadmodum enim et in municipiis equitum romanorum ordinem floruisse, SIGONIUS de antiquo iure Italiæ, libr. II. cap. 8. probauit; ita, qui ciues romani facti erant, et si extra urbein viuebant, ad

tribum tamen aliquam relatos eos fuisse, multæ inscriptiones, et in his et Bononienses, a MALVASIA editæ, satis superque testantur. Vocem igitur KYR non cum ABELA libr. memorato p. 146. de nomine patris, quasi Lucius hic filius, Cyri fuisset, neque cum CLYVERIO Sicil. antiqu. libr. II. cap. XVI. de patria, qua Cyrenensis fuerit; sed de tribu, ad quam relatus erat, interpretor. Tribus huius et in aliis graecis lapidibus passim mentio fit. Vide SMITHVM notiz. eccl. p. 22 GRYTERVM, p. CCCCLVIII. inscr. 1. et p. CCCXLXI. inscr. 9. PATINVM comm. in Artorii monumentum, p. 454. GVDIVM ad GRYTERVM, p. CCCCLXXXVIII. inscr. 4.

de equestri ordine in municipiis CAROL. SIGONIVS <sup>g)</sup>: quæ de illo in coloniis IUSTVS LIPSIUS <sup>b)</sup> aliisque disputarunt; insigniter eo confirmari posse; sic eos omnium minime a vero aberrare autumo, qui Publum nostrum gentè quidem Græcum; patria vero Melitensem fuisse, contendunt. Omnes fere Publii ævo Melitæ incolæ origine Græci fuerunt, qui a longo tempore sedem suam ibi constituerant. Melita ipsa erat municipium romanum, quod non solum suis legibus vixit; sed et senatum proprium, aliorum municipiorum more, in gremio suo souit et aluit. Vt vero ad hunc raro peregrinis, plurimam partem ipsis municipibus et municipi ciibus, gentis nobilitate florentissimis, aditus patuit; sic Publius noster in isto principem obtinuisse videtur locum, vt infra ostendam. Accedit, Publum hunc non solum patrem suum suamque familiam in hac insula habuisse; sed et amplissimas fortunas, aedes tam urbanas; quam campestres, villas ac prædia ibi possedisse, que omnia vix de Romano quopiam dici adfirmarique posse, mihi persuadeo. Quamuis enim Romanos in Sicilia, Melitæ vicina, villas suas habuisse, haud negare velim, quamuis porro ex CICERONE, CAESARE aliisque, in prouinciis multos ciues habitasse ac negotiatores, colonos, publicanos, aratores, pecuariosque egisse, pateat; satis tamen simul constare puto, primum omnia hæc effata ad nostrum Publum adiplicari neutquam posse, quod is nec publicani; nec negotiatoris; nec pecuarii personam in hac insula gessit, deinde eius a LVCA relatam in hac insula commorationem minime de solo eius in villas secessu interpretandam esse, quod amplissimo apud Melitenses munere simul perfunctum illum esse, LVCAS memoriæ prodat.

Esto

<sup>g)</sup> de antiquo iure Italæ, libr. II. cap. 8. p. 699. sq.

<sup>b)</sup> de magnitudine Romæ, libr. I. cap. 6.

Esto quoque, argumenta haec separatim spectata, ad vindicandum Melitensis ciuem PVBLIVM non tantum valere, ut rem extra omnem ponant dubitationem; satis tamen omnibus constare arbitror, quibus saepe, si singulatim expenduntur, haud multum ponderis inesse videatur, his, coniunctim consideratis, rem controuersam saepe ad maximum probabilitatis gradum perduci posse. Nolo tamen simul per id Publio nostro ius ciuitatis romanæ abjudicare, quod sibi comparare ideoque gente Graecum: patria Melitensem, iure ciuem romanum esse potuisse, numquam negauero.

## X

PVBLIVM hunc insule Melitae ΠΡΩΤΟΝ fuisse, disertis verbis IVCAS adfirmat, id quod alterum est argumentum, a nobis hoc loco discutiendum. Sunt, qui ad opes et facultates istud nomen referendum esse arbitrantur Publumque περιτον της νήσου, id est, ciuium Melitenium opulentissimum, dictum esse, putant. Sic ex antiquioribus CHRYSOSTOMVM statuisse, OCTAVIVS CAIETANVS <sup>i)</sup>, IGNATIVS GEORGIVS <sup>k)</sup> aliique existimant; minus tamen recte, ut RUPERTVM A ST. GASPERE <sup>l)</sup> haud inconcinne video monuisse. Quicquid eius rei sit, non defunt ex recentioribus, qui eamdem, quae CHRYSOSTOMO affingitur, sententiam sunt amplexi. In his praeter alios, cuius modo mentionem feci, OCTAV. CAIETANVS <sup>m)</sup> fuit, ne de SYLVEIRA, ROCCHO PYRRHO, FRANCISC. CARRERA aliisque dicam. Iisdem partibus se addictos profitentur cel. IO. CHRIST. WOLFIUS <sup>n)</sup> et illustrissimus comes IO. ANT. CIANTARVS <sup>o)</sup>. In alia omnia e contrario abeunt, qui ad Publili digni-

<sup>i)</sup> Lijst. sacr. SICUL. cap. XVIII.

<sup>k)</sup> Paullo apostolo naufrago, inspect. VI. diatri. I.

<sup>l)</sup> Paullo apostolo e Melita Illyricana in

Africanam feliciter reduce, part. II. p. 118.

<sup>m)</sup> loco memorato

<sup>n)</sup> cur. phil. et erit. in acta, p. 1386.

<sup>o)</sup> loco memorato.

dignitatem et honores eodem illo vocabulo, quo nonnulli ad diuitias, respici autemant. Ita SAM. BOCHARTVS <sup>p)</sup> statuit, ita HVGO GROTIUS, <sup>q)</sup> IO. FRANC. ABELA, <sup>r)</sup> CHRISTOPH. CELLARIUS, <sup>s)</sup> JOSEPHVS porro IVST. SCALIGER <sup>t)</sup> et LVD. ANTON. MVRAOTORIVS. <sup>u)</sup> Ab his IGNATIUS GEORGIVS <sup>x)</sup> haud parum discedit. Is enim, Publium nostrum neque ob diuitias solummodo; neque ob munus, quo functus sit, sed propter priuatam excellentiam, ob generis nobilitatem, ob opes et ob quaevis alia, quibus, tanquam priuatus, ciuibus reliquis videbatur antecellere, πΡΩΤΟΝ adpellatum esse, arbitratur. Ab hac sententia multum diuersus est RUPERTVS A ST. GASPARĒ <sup>y)</sup>. Non protos, inquit, seu princeps insulae Publius adpellatur, quasi e primis, præstantoribus, primoribus, principibus in insula unus esset; aut supremum in ea gereret magistratum; aut in ea genere et opibus emineret; sed quia ipse fere et solus primus et princeps erat, in hoc sensu, quod suprema, ut dictum est, super omnes emineret potestate et solus rerum omnium supremo in ea potiretur dominio. Itaque arbitratur, vocabulo τΑ πΡΩΤΟΤΟΝ eamdem esse ac latinorum principis rationem, id quod sequentibus luculentius prodit, adeo, ut parum absit, quin Melitam singulare regnum fuisse; Publum vero in eo regis personam gessisse, dicat.

XI

- <sup>p)</sup> geograph. sacr. pare. II. lib. I, cap. 26. p. 551. q) adnotat, ad hunc locum, tom. II. operum theolog. p. 666. r) Melita illustrata, lib. IIII. notit. 4. p. 443. s) notit. orb. ant. p. 1020. t) indice Gruteriano, cap. V. p. XXIIII. vbi disertis verbis τΑ πΡΩΤΟΣ Melitensis unum magistratibus adnumerat. u) litteris ad illustriss. comitem IO. ANT. CIANTARVM, quæ in huius libro sapientia laudato, p. 321. leguntur. x) Paulo apostolo manfrago, inspect. VI. diatri. I. y) libro memorato, part. II. p. 114.

## XI

Ex his multum iam a doctissimis viris, videmus, disputatum esse de vocabulo πρωτος, a Luca usurpato. Qui autem eius veram significationem et usum in antiquis scriptoribus curatius rimatus sit hocque facto Publili nostri in hac insula conditionem ac statum rite definierit, quoad ego quidem scio, habemus neminem. Si vera sateri debo, eos omnium minime arbitror errare, qui Publium nostrum officio publico functum esse, putant; antea vero; quam id possum probare, ut de ipso vocabulo πρωτος eiusque significandi virtute nonnulla in medium adferantur, res ipsa postulare videtur. Vocabula πρωτος et πρωτευων saepe de eo, qui reliquis praestantior est, ceterisque aliqua in re antecellit, usurpantur, siue ipsa, qua praestat, excellentia dignitatem; siue auctoritatem; siue virtutem; siue potestatem; siue ordinem; aut alias res respiciat. Quemadmodum vero iis saepe generatim quaevis eminentia solet indicari z); ita maioris perspicuitatis causa plerumque speciatim additur vocabulo utriusque id ipsum, in quo principatum tenet is, qui πρωτος vel πρωτευων appellatur. Sic DIODORVS Siculus a) Iouem Olympium πρωτευσαντα και αξετην dicit ipsique virtutis tribuit principatum; alio vero loco b) eos, qui inter historiarum scriptores famam prae ceteris consequuti sunt, ισογονοράφων της πρωτευοντας τη δόξην appellat. Inde etiam MENANDER c): τε πρωτα πρωτας της αναιδειας ἔχει, principem inter impudentes locum habet, et AELIANVS: d) ποιητικῆς απάσης Αργείοι τα

## E

z) sic act. XIII. 50. mentione fit πρωτον της adfluentia queratur.

πρωτευων, scilicet Αἰλοχελας, id est, eorum,

qui reliquis praestantiores sunt, qui ceteris

antecellunt, siue eminentia eorum in mu-

nnerum et officiorum dignitate; siue au-

ctoritate; siue generis nobilitate; siue lau-

de vita honestioris; siue diuitiis et opum

a) libr. III. biblioth. historicæ, p. 242.

b) libr. IIII. p. 246. ed. WESSELINVS.

c) in Αδελφ. v. 32. p. 6. eius frag-  
mentorum edit. CLERICI.

d) libr. IX. var. hist. cap. 15. p. 555. edit.  
PERIZON.

*πρεστα ομηροι έδωκαν, in poetica arte primas partes, seu principem locum, Archiu Homero adsignarunt, ne dicam de DEMOSTHENE e), apud quem ii, qui reliquis genere et diuitiis antecellebant, πρωτοι γένει καὶ πλευτω vocantur: de THUCYDIDE f), qui Theramenem, Agnonis filium, dicit πρωτον ἐν τοῖς ξυγκαταλύσοι τὸν δῆμον, PRIMVM in iis, qui statum popularē euerterunt; alio vero loco g) ἀνδρας commemorat, τοις πρωτοτοις καὶ χερμασι, καὶ γένει, viros PRIMOS et opibus, et genere. Sic et apud DIODORVM SICULUM h) Κροτωνιάτης τις κύλων θνομα, Cylo quidam Crotoniata, dicitur τῇ στοίᾳ καὶ δόξῃ πρωτος τῶν πολιτῶν, et opibus, et fama PRIMVS ciuium; Alcibiades vero ἐν εὐγενείᾳ καὶ πλευτῳ πρωτος Αθηναίων, nobilitatis splendore et diuitiis PRIMVS Atheniensium i). Ex eo intelligimus haec THOMAE MAGISTRI k) verba: πρώτος δὲ & μόνον ἐπι αριθμῷ, αἰλλὰ καὶ ἐπὶ παιότητος, ὡς ὅταν λέγωμεν, πρεστός ἐστι τὴν τέχνην, κ.τ.λ. Omittitur tamen passim res ipsa, in qua excellit is, de quo sermo est, ex verborum συναφεια cognoscenda. Ita exempli causa AELIANVS l) Epaminondam τῶν Ρωμαίων καὶ τῶν Ελλήνων πρωτον vocat, ob armorum nimirum, quae summa in ipso fuit, peritiam; Aspasiam vero πρωτην τῶν γυναικῶν m), primam mulierum, ratione pulcritudinis habita. Quodsi vero in antecedentibus de nulla re sermo est, ad quam vocabulum hoc referri posse videtur, plurimam partem de dignitate et auctoritate, qua quis pollet, usurpatum id esse, reperies. A DIONYSIO proinde*

Hali-

e) vide IGNATIUM GEORGIVM dino  
Paullo apostolo naufragō, p. 221.

f) libr. VIII. cap. 68. p. 545. edit.  
DVKERI.

g) libr. III. cap. 65. p. 208.  
h) excerpt. tom. II. operum p. 556. edit  
ccl. WESSELINGII.

i) bibl. hist. libr. XIII. tom. I. operum,  
p. 569.

k) εὐμαλ. ΑΠΙΛΩΣ ικλει. voc. πρεστος, p.  
159.

l) var. histor. libr. VII. cap. 14. p. 458.  
m) libr. XII. cap. I. p. 670.

*Halicarnassensi n)* virgo quædam indigena, ex splendida et illustri stirpe nata, dicitur παρθένος τὸ επιχωρία τὸ πρώτη γένες, rationesque omnes, sermonem de gente esse, docent, quae reliquas dignitate, auctoritate, splendore superauerit, ne de aliis eiusmodi dicam effatis. Quum vero ii ipsi, qui reliquis antecellunt, inter alios sui generis; aut in coetu et ordine aliquo primum et principem locum occupant, saepet, ut hoc vocabulum ipsum ordinem et excellentiam eius, qui πρώτος dicitur, simul indicet. Ita *interpretes CAESARIS o) centuriones primorum ordinum* vertit: πρώτες ταξιδίσκες, qui primum inter centuriones locum obtinent et reliquos dignitate anteeunt. Eo pertinent quoque haec ex greca p) LXX interpretum versione verba: καὶ κατέφαγε, scil. πῖ, τὸ δύο πεντηκοντάρχες τὰς ἀράτες, et ea, quæ apud DANIELEM de angelorum principe habentur q): εἴτε τῶν ἀρχόντων τῶν πρώτων. Sic et EVRIPIDES r): Τροίας αἰλίσσης ἀνδρί, τῷ πρώτῳ σεατῷ σῆν πάιδα δῶναι σφῆγιον ἐξαιτίας μένων, Troia capta viro primario exercitus tuam filiam dandam esse victimam postulanti, ubi omnes rationes docent, vocabulum πρώτος de eo, qui ordine et dignitate reliquis superior est, usurpari, quod et scholia fest ad hunc locum diserte docet: τὸ πρώτον λαμβάνεται ἔντοτε μὲν ἐπὶ ταξίδεως, ἔντοτε δὲ ἐπὶ ἀριθμήσεως, ἐντάυθα δὲ ἐπὶ ταξίδεως λέγεται. Apud AELIANVM s) Xeno-cles πρώτος eadem ratione vocatur, quod primus palmam consequutus est et principem inter viatores habuit locum. Alio loco t) τὰ πρώτα φέροντες ii sunt, qui in potandi certamine instituto viatores extiterunt et primum in potatoribus locum obtinuerunt. Inde et eae prouinciarum vrbes, quae ob suam amplitudinem, dignitatem et

## E 2

præstan-

q) Dan. x, 13.

r) Hecuba v. 304. p. II. ed. BARNESSII.

s) libr. II. var. hist. cap. 8.

t) libr. II. cap. 41.

m) antiqu. Rom. libr. III. p. 112.

o) de bello Gall. libr. I. cap. 41.

p) libr. IIII. reg. I, 14.

J. J. G. D.

præstantiam primo loco ponuntur, et capita quasi regionum sunt, πρωταὶ et προτεραὶ vocantur, ut ex AELIANO t), ex JOSEPHO u), ex diuino LVCA x) aliisque constat. Sic quoque πρωτοι τῶν Φίλων apud EVRIPIDEM y) ii sunt, qui reliquis amicis anteponuntur et in his primum quasi et principem habent locum. Proinde πρωτος passim de præcipuo et præstantissimo adhibetur, tam apud sacros z); quam profanos a) scriptores. Quo etiam arbitror referendam esse græcam apud MVRATORIVM b) inscriptionem, qua Iulius Seuerus, maritus Caracylææ, principis fæcerdotum seminarum, πΡΩΤΟΣ ΤΩΝ ΕΔΑΗΝΩΝ vocatur.

## XII

QVONIAM ii, qui magistratum in vrbe gerunt; aut reipublicæ præfunt, non solum auctoritate et dignitate reliquis antecellunt; sed etiam ordine quoque primi sunt: principem inter ciues locum obtinent, et præstantissimi solent haberri, facile ex eo cauſsam puto posse ostendi, quare idem vocabulum, quod generatim eminentiam eius, cui id tribuitur, designat, speciatim de iis, qui in vrbe, aut cœtu aliquo principatum gerunt eidemque præfecti sunt, verbo: qui publicis officiis funguntur, fuerit usurpatum. Confirmari id potest ex luculentis cum færorum; tum profanorum scriptorum testimoniis. Ad illorum effata quod spectat, eo sine omni dubio referenda sunt hæc verba c): Ἡσάρδης δεῖπνον ἐπόιει τοῖς μεγιστᾶσιν τῷ καὶ τοῖς ξιλιάρχοις,

i) libr. XII. variar. històr. cap. 13.

u) vide IAC. GRONOIVM notis ad decreta romana et asiatica pro Iudeis, p. 32. et adde SPANHEMIVM notis ad Callimachum, p. 331.

x) act. XVI, 12.

y) Hercul. furent. v. 428. Hecub. v. 794. adde libr. I. paralipam. XXVII, 33.

z) Matth. xx, 27. XXII, 38. Luc. xv.

22. Adde WOLFII curas philol. et criticus in quartuor euangel. p. 692. et in quatuor epistolas Pauli priores, p. 49.

a) vid. miscellaneas observationes criticas in autores veteres et recentiores cel. D' ORVILLII, vol. V. p. 30. sq.

b) p. CLXIX. infcr. I.

c) Marc. VI, 21.

καὶ τοῖς πρώτοις τῆς Γαλιλαίας, Herodes optimatibus tribunisque et pri-matibus Galileeā cōnam dedit, quorum tota, si adcurate expendi-tur συνάφεια, maxime, quod πεῖται illi τῆς Γαλιλαίας cum μεγιστᾶι et χλιδέχοις coniunguntur, haud obscure, sermonem esse, docet, non de priuatis hominibus; sed de iis, qui honoribus et officiis pub-licis fungerentur. Neque vero non hic quodammodo videntur spectare πρῶτοι τῶν Ιεδαίων, qui non solum Hierosolymis, act. xxv. 2. sed etiam Romæ, act. xxviii. 17. dicuntur fuisse. Ad illos quod at-tinet, si in primis memoratum effatum act. xxv. 2. cum cap. xxiiii.

i. comparatur, et simul, non solum in utroque loco; sed etiam Luc. xviii, 47. πεῖται hos, qui ibidem πεῖται τῇ λαῷ dicuntur, cum ἀρχιεεῦσι καὶ γερμανατεῦσι coniungi, expenditur, manifeste patet, πεῖται hos πρεσβυτέρους, siue seniores populi fuisse, quibus in ciuilibus rebus, vti ἀρχιεεῦσι in sacris, cura populi erat credita, ita vt, po-testate necessaria instructi, saluti gentis suae quovis modo prospicere, populo præesse et eadem, quæ Romæ senatores, quæ in munici-piis et coloniis romanis decuriones, præstare deberent. Singulis tribubus et vrbibus eiusmodi πρῶτοι, seu seniores, apud Iudeos præ-fecti erant, immo quoque singulis ciuitatibus et vbi cunque Iudei etiam extra Palæstinam sedem suam fixerant. Proinde non mirum, si et Romæ eiusmodi πεῖται Ιεδαίων fuisse, legamus. His, vti illis, qui Hierosolymis et in aliis Iudeorum ciuitatibus erant, negotia gen-tis suæ ita commissa erant, vt, quæcunque ad illam vel ullo mo-do spectare viderentur, ad eos deferrentur. Quum vero po-pulo eiusque saluti et incolumenti omni modo bonis consiliis et institutis consulere hi πρῶτοι deberent, non errauerit, qui iis, si non absolutum imperium; magnam tamen in rebus ciuilibus po-

E 3  
testa-

testatem tribuerit d). Quicquid eius rei sit, ipsam hanc vocabuli nostri significationem ex profanorum scriptorum testimonis demonstrari posse, nemo facile negauerit, qui supra data EVRIPIDIS e) verba:

Τροίας ἀλάστης αὐδῇ τῷ πεφτῷ φεύγει  
σὴν παιδὰ δῶνυμα.

non negabo,

Troia capta, viro primario

tuam filiam dandam esse

qui haec ISOCRATIS f): καλὸν ἐστιν ἐν ταῖς τῶν ἀλλων αἰδικίαις καὶ μανίαις πεφύτες ἐν Φρονήσαντας προσῆναι τῆς τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίας καὶ σωτηρίας, bonum est, in aliorum iniuriis et furoribus primos, hoc est magistratus ciuitatum græcarum, de his enim ibi, ut omnes rationes ostendunt, sermo est, bene sapientes preesse græcorum libertati et saluti: qui porro insigne aliquod τΗV CYDIDIS g) effatum, quo ciēv αρχαῖς ὄντες et oī πρῶτοι tanquam συνάνυμα habentur et, quæ apud DIONEM CAS- SIVM h) de ὁρεγομένοις τῶν πρωτῶν, de iis, qui primatum adpetunt, leguntur, expenderit: qui deinde haec ARISTOPHANIS i) legerit:

d) de his senioribus populi induaci, qui, mea quidem sententia, πεῖστοι illi τῶν κεῖσθαι sunt, in tabulis facitis passim, commentorū, legantur, prater alios: NICOLAI ad Signum de republ. ebræor. libr. VI. cap. 4. BERTRAMVS de republ. cbr. cap. 5. et 6. CONSTANTINVS L'EMPEREUR notis ad cap. XI. BERTRAMI aliisque plures, a IO. ALB. FABRICIO bibliograph. an- quar. cap. XIII. p. 480. memorati. Ex iis simul, quæ de his πεῖσται breuiter sum commentatus, haud obfiscare arbitror con- stare, neque CAMPFG. VITRINGAM de

ver. Synagog. p. 611. neque 10. CHRIST. WOLFIUM, cur. phil. in act. p. 1391. rite, qui πεῖστοι apud ludos fuerint, definisse. e) Hecub. v. 304. p. 11. ed. BARNESI.

f) orat. de pace, p. 410. edit. Parigi. Adde alium eiusdem oratoris locum, quo magistratus ciuitatum πεῖστοι τῶν πολιτῶν vocat, adductum ab IGNATIO GEORGIO libro Sapius laudato, p. 220.

g) libr. VIII. cap. 89. p. 556. edit. DY- KERI.

h) libr. LII. p. 671. edit REIMARI.

i) equit. v. 130, p. 182. ed. KVSTERI.

ος πεωτος εξει της πόλεως τα πράγματα,  
hic administraturus sit rempublicam,  
et cum his egregiis testimoniois denique comparauerit, quae apud PLV-  
TARCHVM k) Cæsar, de principatu interrogatus, respondisse fertur,  
se malle ΠΡΩΤΟΝ, primum, esse in oppidulo; quam secundum Roma. Pro-  
inde etiam formula: το πεωτεον αποδιδοντα apud DIODORVM SICU-  
LVM recte a LAURENT. RHODOMANNO l) latine vertitur: princip-  
atum, primos honores, alicui deferre, vocabulum vero πεωτα apud  
SOPHOCLEM m) ab eius scholia de maximis in vrbe honoribus,  
quos quis consequitur, explicatur. Eodem modo de studio prima-  
tus deque supremi magistratus obeundi cupiditate vocabulum φι-  
λοπεωτειας græci scriptores usurpant, vt, praeter alios, ex ATHE-  
NAEO n), ZOSIMO o); maxime vero ex XIPHILINO p) patet, qui  
ad φιλοπεωτειαν φιλαεχιαν adiungit. Idem de verbo πρωτεω est  
tenendum, quod itidem ad principatum et magistratus, vti voca-  
bulum πεωτος, est traductum, teste HERODIANO, apud quem οι κα-  
τα την Ρώμην πρωτέουν δοκιντες ii sunt, qui Romæ magistratum ge-  
runt q) et οι πεωτεουντες παξ' Αινυλησίοις ἄνδρες, magistratus Aquileien-  
ses r). Sic et canone decimo tertio ecclesie Africane οι πρωτεουντες  
της ἐπαρχιας sunt primates prouincie; canone vero XXVIII. haec leguntur  
verba: μὴ ἐπικαλέσωνται εἰς τὰ πέραν τῆς Θαλασσῆς δικαστία, ἀλλὰ

τρι

k) apophthegm. rom. II. oper. p. 206.

l) pbrasolog. ad Diodor. Sicul. voc.

πεωτεον.

m) Aiac. V. 436. p. 23.

n) diphysoph. libr. pag. 424. adde, que  
CASAVONVS habet, animaduersoribus ad  
bunc scriptorem, p. 719.

o) p. 476.

p) vid. CELLARIVM ind. ad Zofim, voc.  
φιλοπεωτεια.

q) libr. VII. cap. 6. §. 5.

r) libr. VIII. cap. 7. §. 3. Adde DE-

MOSTHENEM orat. amar. ad fin. ex re-  
centioribus LAMB. BOS exercitat. p. 205.Ex sacris oraculis quodammodo hue re-  
ferri possunt, que Col. I. 18. leguntur.

Adde, que de i voce πεωτεω monet

IO. CHRIST. WOLFIUS cur. phil. et crit.

tom. III. p. 293.

τὸς πρωτεύοντας τῶν ἴδιων ἐπαγχίῶν, non prouocent ad transmarina iudicia; sed ad primates suarum provinciarum s.). Eadem ratio est Latinorum vocabuli *primus*. Ut enim *primi* ii dicuntur, qui in ordine aliquo reliquis superiores sunt: t) qui prae aliis praestantissimi habentur u): qui inter ceteros præcipui sunt x): qui maiore; quam reliqui, possident auctoritate y) et eam in rem *primores in senatu viri* nuncupantur; qui in hoc dignitate et auctoritate aliis antecellunt z); *primores vero equestris ordinis*, a DIONE CASSIO a) πρώτοι ιππέων vocati, qui in hoc ordine primum obtinebant locum: vti porro *prima virorum*, non aliter ac apud Graecos πρώτα τῶν ἀρρεφῶν, *praestantissimi et florentissimi* sunt; b) formula autem: *prima habere* c), de iis usurpatur, quae in aliis sunt præcipua; ita et ii *primi* a Latinis, vti apud Graecos πρώτοι, vocantur, qui officio funguntur publico, qui ob huius dignitatem alios antecedunt, qui iure imperii aliis sunt superiores. Taceo de *primis Panorum* apud VIRGILIVM deque aliis effatis veterum Latinorum scriptorum, a lexicorum conditoribus studiose adnotatis, et addo haec STATII d) verba:

incubuere vadis passim discrimine nullo,

turba simul PRIMIQUE, -

s) vide SYCERVM thes. eccles. tom. II.  
p. 873.

t) legē notas PETRI BVRMANNI ad  
Pbædrum p. 33. edit. maioris et ad Petronium,  
cap. XI. et ad poëtas minores,  
tom. I. p. 273. et 392.

u) legas velim CLAVD. SALMASIUM  
not. ad Capitolin. tom. I. scriptor. hist. au-  
gustæ, p. 322.

x) vide tom. II. scriptor. hist. augustæ,  
p. 60.

y) conf. PETRONIVM satiric. cap.  
CXL. p. 659, ed. BVRMANNI.

z) vide SVETONIVM vit. Ces. cap. XVI.

§. 4.

a) libr. LVI. p. 598.

b) conf. LVCRETIVM de rerum nat.  
libr. I. v. 86. p. 34. edit. HAVERCAMP. Adde LAMBINIVM ad hunc locum et o-  
GIFANIVM coll. in Lucret. p. 164. cius-  
dem edit.

c) legē SALLSTIVM bello Catil. cap.  
XXXVI. §. 4. Iugurth. cap. LXXXVI. §. 6.

cap. LXXXVIII. §. 2.

d) libr. IIII. Theb. v. 870.

ad quæ BARTHIVS c) primique, inquit, reges et nobiles. Aurelius Victor in originibus romanis ad illud Virgilianum: Troiae qui primus ab oris: intelligendum est, Virgilium non ignoratione veteris historiae; sed suo more primum dixisse Saturnum, non ante quem nemo; sed principem. Vt: Troie qui primus. Quum procul dubio constet, ante Aeneam priorem Antenorem in Italianam esse peruenctum. Verum intelligemus primum pro principe. Hæc ex AVRELIO VICTORE BARTHIVS. Adiungo duo effata APVLEII, alterum: d) Est ne, inquam, Hypata hæc ciuitas? Annuit. Nostine Milonem quendam e PRIMORIBVS? Arribit. Et vere, inquit, istic PRIMVS peribebetur Milo, qui extra urbem totam et pomarium colit: alterum e): percontatur accuratius causas peregrinationis mee, quas ubi prope protuli, iam et de patria nostra et eius PRIMORIBVS ac denique de ipso praeside scrupolosissime explorans, cet. tandem patitur cubitum concedere.

## XIII

QVEMADMODVM vero vel ex iis, quæ disputata adhuc sunt, haud ex vano, arbitror, probabilem eorum sententiam effici posse, qui vocabulum περιτος ad dignitatem et officium, quo Publius functus sit, referendum existimant; ita litem, nisi me cuncta fallunt, fere omnem componere mihi videtur posse vetusta, iam supra memorata, inscriptio, in qua, vti apud LVCAM, ΠΡΩΤΟΤ cuiusdam Melitensis mentio est facta. Sæpius ea iam, licet variante in non-nullis vocabulis scriptura, a doctissimis viris in lucem data est, nominatim a IO. QVINTINO f), IAN. GRVTERO g), THOM. REINE-

F

SIO

c) comment. in Stat. p 1278.

e) ibid. p. 114.

d) libr. 1. metam. p. III, ed. ELMEN-

f) descript. Melit. p. 2.

MORSTII,

g) p. CCCLXXXVIII, inscript. 4.

SIO b), PHIL. CLUVERIO i), SAM. BOCHARTO k), IO. FRANC. ABE-  
LA l), EDVARDO CORSINIO m), IGNATIO GEORGIO n), IO. AN-  
TON. CIANTARO o), LVD. ANT. MVRATORIO p) aliisque pluribus.  
Exhibeo illam, prout a THOM. BARTHOLINO adcurate ex ingen-  
ti, qui in ipsa insula Melita esse dicitur, lapide descripta fuit:

Α. Κ.....ΚΙΟΣ. ΚΤΡ. ΠΡΟΤΔΗΝΣ

Ι Π Π Ε Τ Σ . ΡΩΜ

ΠΡΩΤΟΣ ΜΕΛΙΤΑΙΩΝ

ΚΑΙ. ΠΑΤΡΩΝ. ΑΡΞΑΣ

ΚΑΙ ΑΜΦΙΠΟΛΕΤΣΑΣ

ΘΕΩ. ΑΤΓΟΤΣΤΩ..... ΒΣΧ..... Ν.... F.I.NE

Nolo in praesenti varias huius inscriptionis lectiones operosius ri-  
mari; aut fuse ostendere, quam egregie ex illa confirmari possint,  
quæ SIGONIVS q) et alii de equestri in municipiis ordine sunt com-  
mentati. Neque ea, quæ ad nostram, quam disputamus, caussam  
ἀμέσως pertinere haud videntur, ex marmore hoc eruere atque discu-  
tere, animus est, hoc tantummodo adnotasse sufficiat, neminem  
adhuc fidem huius lapidis, quem BARTHOLINVIS ipse vidisse et de-  
scriptissime testatur, suspectam reddere sibi summisse; aut ea, quæ in  
hoc monumento posterorum memoriae commendantur, ad Meli-

ten-

b) inscrpt. p. 357.

Melitam electo, p. 321.

i) Sicil. ant. libr. 11, cap. 16, p. 443.

p) p. CΙΟLVΙΙΙ 4. Is inscriptionem  
hanc manicam dedit, id quod et de aliis  
lapidibus notandum, qui saepe iam ab  
aliis, ipso inscio, longe emendationes  
editi sunt.

k) geograph. sacra, p. 552.

q) de ant. tur. ciu. rom. p. 669.  
sq. Adde A B E L A M libro memorato, p.  
146.

l) Melit. illustr. libr. II. notit. 4. tom.

x. vol. 15. thesauri antiquit. et hist. Ita-

lia IO. GEORG. GRAEVII, p. 146.

m) not. Gracor. p. 40.

n) diuo Paullo apostolo naufrago, p. 220.

o) diff. apologeticis de Paullo apostolo, in

tenses Siculos pertinere, negasse. Ut enim taceam, lapidem hunc in ipsa insula Melita inuentum esse, probe tenendum est, in nostra inscriptione de ΜΕΛΙΤΑΙΟΙΣ, non de ΜΕΔΙΤΕΤΣΙ, hoc est, de incolis insulae Melitæ, non de populis huius nominis Atticae sermonem esse, ut recte de alio marmore GRVTERIANO <sup>p)</sup> data occasione cel. PHIL. IAC. D' ORVILLIUS <sup>q)</sup> obseruat, hacque in caussa et ABELAM et GVALTERIVM propter nominum illorum gentilium confusionem adcusat. His positis, quis quæso, si vel leuiter græcum illud marmor expenderit, quis, inquam, non videt, τὰ περὶ τὰ adpellationem nomen dignitatis et officii esse? Nemo enim facile potest ignorare, in eiusmodi monumentis eos, quorum memoriae et honori illa consecrata sunt, non a diuitiis; aut opum affluentia; sed ab officiis ac muneribus, quibus funguntur, describi. Accedit, τὰ περὶ τὰ nomen aliis honoribus et officiis publicis diserte adnumeratum esse. Idem quodammodo patet ex alio lapidis fragmento, haud ita pridem in eadem insula feliciter reperto et ab illustrissimo comite IO. ANT.

CIANTARO <sup>r)</sup> doctissime illustrato:

IPI MEL. PRIMVS OMNI  
ITITEM AEDEM MARMO  
LLINIS CONSACRAVITITEM  
RONAO COLVMNAS. III. ET PARA  
ET PODIVMET PAVIMENTV  
CAVITINQ VODO PVS VNIVE  
LITATESVAHS CXDCCXCHSQ

F 2

- - - ELI

<sup>p)</sup> p. CCCCV.

<sup>q)</sup> miscellan. obseruat, crit. in autores ver. et recent. vol. VII. tom. I. p. 6. et 7.

<sup>r)</sup> prodit hac commentatio c. 1000cc.

XXXXVII. nulla facta loci mentione, sic inscripta: *de antiqua inscriptione nuper effossa in Melitæ urbe notabili differentia comitis IO. ANTONII CIANTAR.*

ELITENSIVM DESIDERIVMO  
RIS CONLATIONE. D. D.

Quantum coniectura adsequi ex hoc fragmento licet, Melitenses huic viro, qui *municipii melitensis primus omnium*, scil. decurionum, vocatur, monumentum hoc statuerunt, quod is *aedem marmoream Apollinis consacravit et pronaō s) columnas IIII. addidit et parascenium et podium et pavimentum in theatro ædificavit*, quippe in *quod opus universum*, ut in marmore est, *ex liberatitate sua secessos nuninos centum denos mille septingentos nonaginta duos* is contulerat. Res vtut sit, diserte hic vir, quisquis fuerit, vocatur *primus*; seu πρωτος, et quidem non *ἀπλως* Melitensium; sed, quod probe notandum est, *municipii melitensis*, haud obscuro, ni fallor, indicio, *τε πρωτος*; seu *primi* adpellationem nomen dignitatis, munieris et officii publici fuisse.

## XIII

NEQUE desunt alia argumenta, quibus Publius caussam tutari eiusque dignitatem ciuilem satis et abunde vincere possumus. Si Publias noster in priuatis hominibus fuissest, sine dignitate, sine honoribus, sine officio publico, vix credo, ab ipso omnes hos naufragos, quorum tamen numerus satis magnus fuit *t*), per tres dies hospitio exceptos eorumque nauem omnibus iis rebus, quae ad victum cultumque vitae necessariæ videbantur, instructam fuisse *u*). Nolo iam in præsenti de veterum hospitalitate, cuius, id, quod Lucas narrat, rarissimum certe fuissest exemplum, hoc loco multa commemorare; aut illa hospitiorum scedula, quæ non solum ciuitates

*s) sic ego explicandam censeo mutilam vocem RONAO, quam alii Andronao interpretantur.*

*t) vid. actor. cap. xxvii, 37.*

*u) ib. cap. xxviii, 10.*

tates modo inter se; modo cum singularibus familiis; sed etiam priuati cum suis amicis inierunt, suse describere <sup>a)</sup>). Id tantummodo hoc loco adnotasse sufficiat, eorum sententiam haud exiguum præse ferre speciem probabilitatis, qui tantum naufragorum numerum a Publio non huius sumtibus; sed iussu, nomine et impensis totius ciuitatis hospitio exceptum esse, arbitrantur. Id quod tanto vero similius est, cum quod Melita municipium romanum exstiterit, et magna naufragorum horum pars, vt ex LVCAE narratione <sup>x)</sup> colligitur, Romani fuerunt, tum quoda Publio nostro non aliqui forte horum infelicitum peregrinatorum; sed omnes, quotquot ex vndis incolumes se extraxerant, hospitio sunt excepti, adeo, vt ne captiui quidem, in his enim Paullus erat, ab huius liberalitatis vnu essent exempti. His positis, quid, quæso, probabilius est; quam Publum nostrum πρόξενον apud Melitenses fuisse? Habuisse vero huius insulæ ciues eiusmodi

F 3

hospitii

<sup>a)</sup> vide POTTERVM archaeolog. p. 780.  
sq. edit. Venet. EZECH. SPANHEMIVM  
de vnu et præfauzia numismatum, p. 794.  
IO. FRANC. ABELAM Melit. illustr libr.  
II. not. 6. p. 149. GEORG. GVALTH-  
RIVM, Sicilia et adiacentium insularum ta-  
bulis antiquis, tom. x. vol. 7. p. 814. thes.  
ant. et historiar. Italie et Sicilie GRAE-  
VII: IO. BAPT. CASALIVN de tricliniis,  
coniuiniis, hospitalitate et tesseris veterum,  
tom. VIII. thes. ant. græcar. GRONOVII  
p. 144. sq. JOSEPHVM LAVENTIUM  
opusculis de coniuiniis et hospitalitate, tom.  
ed. p. 194. sq. IAC. PHIL. TOMASI-  
NV M libro de tesseris hospitalitatis, in quo  
ius hospitii vniuersum apud veteres expendi-  
tur, ibidem p. 229. sq. 264. sq. interpre-  
tes GELLII libr. V. cap. 13. p. 327. ed.

GRONOVII: AELIANI, p. 230. et 296. ed.  
PERIZONII, et PHILOSTRATI, p. 171.  
ed. OLEARII, aliasque apud IO. CHRIST.  
WOLFIVM curis phil. et crit. in nou. ref.  
tom. III. p. 796. Hospitii eiusmodi fee-  
dera aliquot tabulis incisa habes apud  
GRUTERVM inscript. p. CCCLXII. 1.  
CCCLXIII. 1. 3. et CCCXVIII. 2.  
De hospitalitate apud Tiburtes speciatim  
agit CORRADINVS ver. Lat. profan. et  
sacerd. tom. I. p. 105. de ea vero apud  
Persas BARN. BRISSONIVS de reg. Pers.  
principatu, p. 223. Germanorum hospita-  
litatem commendat CAESAR de bello gall.  
libr. VI. cap. 23. §. 9. Egregia sunt, quæ  
de hospitalitate dicit SIMPLICIVS com-  
mentar. in Epictet. p. 210. <sup>b) ann. 1000</sup> acr. XXVII. 1. 6. 31.

hospitii publici præfectos ac προξενίας officium illis haud incognitum fuisse, non obscure ex egregio Melitensi monumento, quod græce apud GRVTERVM y); latine vero apud IO. ANTON. CIANTARVM z) aliosque est, colligitur. Quis vero ignorat, munus istud neutiquam hominibus priuat; sed vni ex primoribus ciuitatis, decurionibus, immo adeo patronis urbium commissum esse? a) Accedit, a græcis scriptoribus, vt supra vidimus, vocabulum πρωτος raro usurpari απλως de priuata aliqua excellentia, de diuitiis, opibus, splendore generis aliquis eiusmodi rebus; sed plerumque id ipsum, in quo quis principatum tenet, addi solere; longe plura e contrario effata, in quibus eiusmodi πρωτων absolute mentio facta est, de magistratibus esse interpretanda. Quid igitur, si Publum nostrum απλως πρωτον insulae Melitæ nuncupatum videamus? Credamus, eum, quod forte in opulentissimis ciuibus fuit, πρωτον nuncupatum fuisse? Ego certe, vt sic statuam, a me impetrare haud possum. Quam velis, fuerit diues Publius noster; tamen, si priuatorum ordinis adscriptus fuit, non potuit πρωτος totius insulae vocari; nisi, magistratus ipsos Melitenses viro hoc ob eius diuitias dignitate, auctoritate et honore inferiores habitos fuisse, dicere velimus.

XV

b) p. cccc. nam, g. MIGALOO sign.  
z) de Paullo apostolo in Melitam naufragio eicto, diff. xv. p. 353. Adde ABE-  
LAM libro laudato, p. 148.

a) patet id ex GRVTERO p. cccc.  
num. 8. De eiusmodi προξενοις vide NI-  
COL. CRAGIVM de republ. Lacedam. tom.  
v. thes. ant. græc. GRONOVIT, p. 25. 78.  
POTTERVM archaeolog. p. 786. Ios.

BARNESIVM not. ad Euripidem Ion. v.  
1039. ERASM. SCHMIDIVM notis ad Pin-  
darum, p. 71. cum quibus non solum  
SPONIVS itin. p. 49. sed etiam ea com-  
parari debent, quæ de iis habet scholiastes  
ARISTOPHANIS ἐγειρ. v. 1022. p. 422. et  
θεομορ. v. 583. p. 499. cd. KVSTERI: iten-  
que scholiaſtes DEMOSTHENIS tom. VI.  
opercum, p. 196.

EX his omnibus patet, eorum sententiam, qui Publum nostrum non ob opes et diuitias; sed propter munus, quo functus est, ΠΡΩΤΟΝ vocatum a LUCA esse, putar, longe grauioribus argumentis; quam contrariam, fulciri posse ac corroborari. Qua quidem in re merito nunc quæstio adferri posse, mihi videtur: quodnam illud munus τοις ΠΡΩΤΟΤΟΙ fuerit, a LVCA commemoratum, et qualis illius dignitatis ratio? Plurimi eorum, qui Publum ad magistratus referunt, nihil definiunt, reliqui in diuersas abeunt sententias. Nonnulli Publum nostrum, si nominis ratio habeatur, Augusti libertum: si muneris, procuratorem insulæ Melitæ fuisse, sibi persuadent. Ita statuit HUGO GROTIUS <sup>a)</sup> et eam in rem ad exemplum Publpii Syri Mimi prouocat, prouocasset sine dubio et ad inscriptionem ERESCIANAM <sup>b)</sup>, in qua PUBLII cuiusdam liberti mentionem factam videmus, et ad aliam, a IAC. SPONIO <sup>c)</sup>, IO. FRANC. ABELA <sup>d)</sup>, IO. ANTON. CIANTARO <sup>e)</sup>, CHRISTOPH. CELLARIO <sup>f)</sup> in medium adlatam:

## CHRESTION. AVG. L. PROC

## INSVLARVM MELIT. ET GAVL

Si vtraque cognita ipsi fuisset. Sed neutra sententiae huic probabilitatem conciliat, vt infra videbimus. Alii Publum nostrum praesidem forte; aut praetorem Siciliæ fuisse, arbitrantur. Neque desunt, qui in militibus eum querunt, atque σπατηγὸν aliquem; aut χιλιαρχὸν, act. XVI, 22. XXII, 24. aut alium militaris dignitatis ex eo faciunt sibique persuadent, eum praetori Siciliæ subiectum et ab hoc cum militari praesidio in insulam hanc delegatum fuisse, vt quietem

et

<sup>a)</sup> adnotar. ad hunc loc.<sup>b)</sup> Melit, illustr. p. 163.<sup>b)</sup> in memorie Bresciane, p. 307.<sup>c)</sup> libro fæpius laudaro, p. 12.<sup>c)</sup> mis̄c. erud. ant. p. 190.<sup>f)</sup> notit. orb. antiqu. tom. I. p. 1021.

et tranquilitatem in ea stabilem ac firmam redderet, eam tueretur, gubernaret, negotia ciuilia leuiora expediret, grauiora ad prætorem deferret, cuius forte generis *χιλιαρχος* ille fuit, act. xii. sq. a Felice cum præsidio militari vrbi Hierosolymorum impositus f). Cum his consentiunt, qui **PUBLIVM** vicarium prætoris Siciliæ fuisse, opinantur g). Omnes istæ sententiae ut argumentis rite fulciri possint, æque difficile mihi videtur, ac si quis forte, Publum nostrum, quem et *πρότερον* apud Melitenses fuisse, ut supra dixi, probabile est, eam ob caussam patronum huius insulæ exstississe et propterea **ΠΡΩΤΟΝ** vocatum esse, credere vellet, quoniam Demetrius aliquis Syracusanus in marmore quodam b) a Melitensibus **ΠΡΟΞΕΝΟΣ ΚΑΙ ΕΤΕΡΓΕΤΗΣ ΜΕΛΙΤΑΙΩΝ** factus dicatur. Idem statuendum de iis foret, qui eam ob rationem **ΑΡΧΟΝΤΑ** Melitensium eum fuisse, vellent statuere, quod **ΠΡΩΤΟΤΟΝ** cuiusdem **ΑΡΧΟΝΤΟΣ** in hac inscriptione i) memoria sit conseruata:

**ΑΓΑΘΗ Ι ΤΤΧΗΜΑ ΙΟ**

**7 ΠΑΠΕ ΙΡΙΟ**

**ΑΒΕΞΑΝΔΡΟΝ**

**ΑΡΧΙΕΡΕΑ ΚΑΙ ΙΝΣΑΙΤΗΜΑ**

**ΤΟ. Β. ΠΡΩΤΟΝ**

**ΟΧΟΝΤΑ \***

**ΚΑΙ. Τ ΕΙΡΙΝΑΡΧΗΝ**

cet **Publius**

f) huic sententiae, quam etiam **TIRI-**  
**NVS, LORINVS** aliisque amplexi sunt, ad-  
dictum se in primis profiteret **IOANNES**  
**FRID WANDALINVS** diff. de *Melita Pauli-*  
*lis*, quæ Hafnia c. 15 CCVII prodiit.

g) vide **RUFERTVM A ST. GASPERE**  
*diuino Paullo apostolo in African. Melit. fe-*  
*licitate reduce, part. II. p. 117. et 118.*

b) vide **GRYTERVM** p. CCC, 8. Adde

**IO. FRANC. ABELAM** *Melit. illustr.* p.  
 148. et **IO. ANTON. CIANTARVM** *libro*  
*laudato*, p. 353.

i) apud **GRYTERVM** p. CCCXXXVIII, I.

\*) legendum **APXONTA**, vt ex TRI-  
 STANO docet **GRYTERVS** *ibidem*. Litte-  
 ræ **ΤΟ. Β.** forte scribenda: **ΤΟΝ Β.** adeo ut  
 Alexander ille secundum fuerit *πρωτο-*  
*τερχον*.

Publius noster, nisi omnia me fallunt, neque Melitæ procurator; neque praetor Siciliæ; aut *σπαρτηγός*, *οὐαυτοῦ*, aut *χιλίαρχος*, aut vicarius prætoris; aut patronus municipii Melitensis; aut *λέχων* fuit, id quod haud obscure me breuibus ostensurum confido.

*εἰτις γενιοῖς αδελφοῖς τελοναρχοῖς πορτοῖς οἰκοῖς μητροῖς*

## XVI

ad illa NON sine causa omnes iam a me in medium adlatas de Publī apud Melitenses officio sententias improbatas et rejectas esse, quilibet, me haud monente, videbit, modo hæc potissimum rite et studiose expenderit: I. Publius noster villam suam in hac insula habuit. Notissimum vero est, præsides, praetores et procuratores provinciarum, in primis si hæc ab Italia multum distabant, rarissime, immo fere nunquam, agros et fundos coemisse *k)*, cum quod ibi firmam stabilemque sedem figere haud poterant, et, anno vel tempore imperii eorum elapsi *l)*, Romam redire debebant; tum, ne apud provinciales suspicionem avaritiae excitarent; in vrbe vero, bene peculiati et nummati ex prouincia rediisse, viderentur. II. Recte illustrissimus comes *IO. ANTON. CIANTARVS m)* obseruat, *LVCAM* honorum titulos semper propriis eorum nominibus efferre; neque officia publica indefinite et, si ita loqui fas est, generali aliquo nomine indicare. Proinde præsides prouinciarum romanos et qui præsidis potestate ornati erant, *τῆγμάρχες*, *act. XXIII, 6. XXVI, 30.*

*on* *G* *(ο) ΟΥΑΙΡΟΤΑΛΙVM* *οὐαυτοῦ* *μητροῦ* *εἰτις γενιοῖς αδελφοῖς τελοναρχοῖς πορτοῖς οἰκοῖς μητροῖς* *pro-*

*k)* vide CICERONEM orat. VIII. Ver. rin. cap. I. sq.

*l)* si etiam, prorogato eorum imperio, nonnunquam solito diutius in prouinciis permanerunt; non perpetuam tamen ibi poterant sedem figere, ut ex historia romana satis patet. Vide CIANTARVM libr. laud. p. 318. Idem de iis, qui ex-

ercitibus præfecti erant, est tenendum, licet hi haud raro satis diu in prouinciis cum exercitu stationes suas haberebant. Vide CAROL. SIGONIVM de *ant.* *iure prouinc.* cap. I. sq. p. 123.

*m)* de Paullo apostolo, in *Melitam naufragio cieco*, *diff. xv.* p. 319.

procuratores ἐπιτρόποις, *Luc.* VIII, 3. militibus praefectos pro horum diuerso ordine et gradu modo σπατηγὸς, *act.* IIII, I. XVI, 22. modo χελιδρός, *act.* XXI, 31. sq. XXII, 24. sq. modo ἐκανοντάρχος, *act.* XXI, 32. XXII, 26. alias aliis iisque propriis, quibus fungebantur, officiorum titulis vocat. Si ergo Publius noster praefidis Siciliæ; aut insulæ nostræ procurator; aut cohortis romanæ praefectus; aut alius quis militaris dignitatis fuisset, quare, quæso, Lucas eum pro more suo non vocasset ἡγεμόνα, aut ἐπίτροπον, aut σπατηγὸν, aut χελιδρόν, aut ἐκανοντάρχον? III. Nunquam, credo, poterit in medium adferri vel unicum scriptoris græci effatum, ex quo, procuratores prouinciarum; aut praetores; aut militum praefectos πρέστες olim vocatos fuisse, patet. Nimis vero temerarium foret, *LVCAE*, his ita positis, tam insolitum vocabuli istius usum tribuere. IIII. Publius familiam suam apud se habebat, et quidem, ut videtur, in villa sua, vbi patrem eius fuisse, *LVCA* diserte narrat. Procuratores vero et praefides parentes nunquam in prouinciam secum duxerunt. V. Si quis praetorem Siciliæ Publum fuisset; diceret, unde, praetorem in hac parua insula sedem suam fixisse; aut commode figere potuisse, probauerit? VI. Neque vero patronus huius insulæ potuit a Luca vocari ΠΡΩΤΟΣ. Etsi enim non negauero, Melitenses patronum insulæ suæ habere potuisse, immo re ipsa habuisse<sup>n)</sup>, exemplo vicinorum Gauitanorum, quibus eiusmodi patronus in vetustis marmoribus, nominatim in hoc *MVRATORIANO* o):

## CESTIO. L. F. CET.

## PATRONO MUNICIPII

<sup>n)</sup> id enim diserte patet non solum apud eundem, p. cccc, 8.  
ex lapide illo, quem hic ex GRVTERO,  
p. cccclxxxviii, dedi; sed etiam ex alio  
<sup>o)</sup> adde 10. ANT. CIANTARVM, p.  
315.

MARCIVS MARCIANVS AMICO OPTIM  
V. KARISSIMO SIBI HONORIS CAVSSA. S. L.

diserte tribuitur; tamen in notissimo illo, quem iam supra exhibendi occasio fuit, lapide GRVTERIANO p)

Α. Κ. - - - ΚΙΟΣ ΚΤΡ ΠΡΟΤΔΗΝΣ

ΙΠΠΕΤΣ. ΡΟΜΑΙΩΝ

ΠΡΩΤΟΣ ΜΕΛΙΤΑΙΟΝ

ΚΑΙ ΠΑΤΡΩΝ κ.τ.λ.

diserte patronus a περιφερείᾳ hujus insulae distinguitur; neque sequitur, PUBLIVM nostrum, si forte πρόξενος fuerit, etiam patronum Meliten- sium esse debuisse, quoniam in quodam Demetrio, vt vetus inscrip- tis q) testatur, vtrumque hoc officium apud Meliteses coniunctum fuit. Neque ego puto defendi posse sententiam, Publum nostrum Melitesium ἀρχοντα suisse. Quum enim in supra adlata inscrip- tione ΠΡΩΤΟΣ ΑΡΧΩΝ ipso hoc nomine a reliquis eius collegis dis- tinguitur, re ipsa patet, ΠΡΩΤΟΣ nomen archontibus non committire esse potuisse. Et vnde ostendetur, ΠΡΩΤΟΝ eiusmodi ΑΡΧΟΝΤΑ, omis- so τοῦ ἀρχοντα nomine, πατρὸς εἰσοχὴν ΠΡΩΤΟΝ vocatum esse? Itaque, quum nulla harum conjecturarum facile locum habere posse videa- tur, supereft, vt, quid ego quidem de hoc ΠΡΩΤΑ sentiam, breui- ter exponam.

### XVII

MELITENSES, quod municipes romani fuerunt r), sine omni dubio decuriones quoque habuerunt. Id, præter alia, etiam ex

G 2

Gau-

p) p. CCCLXXXVIII, 4.

q) vide GRVTERVM, p. cccc, 8.

r) hoc præter alios demonstravit 10.

ANT. GIANTARVS non solum diu Paul-

lo apost. naufrag. p. 314. sed etiam differ-  
entiatione de antiqua inscrip., nuper effossa in  
Melita urbe, p. 5. sq.

Gaulitanis inscriptionibus patet, in quibus Galo insulæ finitimæ diserte decuriones tribuuntur, et quarum vnicam hoc loco in medium adtulisse, sufficiat r): CESTIO GALLO VALENTINIANO LVTATIO NATALIA EM..LIANO PATRONO MUNICIPI... cet. quæ haud obscurum fallor, est documento, etiam in insula Melita, quæ eadem sub Romanis, qua Gaulos, fruebatur conditione, eiusmodi decuriones fuisse. Addo, Melitensibus in alio vetus marmore s), cuius supra iam laudandi occasio fuit, expressis verbis ΣΤΡΑΓΑΝΤΟΝ tribui, ideoque eis senatores municipales, siue decuriones, nequaquam deesse potuisse. His positis, Publum nostrum vnum ex iis Melitensibus decurionibus fuisse arbitror, qui principem et præcipuum in suo ordine locum obtinerent. In decurionibus t) coloniarum et municipiorum non omnes vnius generis fuerunt et conditionis. Nonnulli reliquis erant præstantiores hisque, tamquam primis, in ipso decurionum albo primus locus adsignabatur, addita simul numeri nota, quot eorum in uno essent municipio, quum in aliis quinque, in aliis decem, in aliis plures eiusmodi decuriones fuerunt, qui reliquis dignitate et honore antecellerent. Hinc quinque PRIMI, decem PRIMI, quindecim PRIMI in antiquis scriptoribus passim leguntur; ita tamen, ut ab ipsis magistratibus, quemadmodum Romæ a con-

r) vide laudat, illustriss. CIANTARVM DVS paratil. et commentar. ad tir. cod. p. 315. *de decurion. tom. II.* dicti cod. Theodos. de decurion. tom. II. dicti cod. apud GRVTERVM, p. cccc, 8.  
 s) de decurionibus videantur: BARN. BRISSONIVS de verbis. signif. VOC. decuriones, p. 300. GVID. PANCIROLLVS de magistris. municip. cap. I. SCIPIO GENTILIS de iurisdict. libr. II. cap. 5. et 6. libr. III. cap. 21. IAC. GOTHOFRE-

p. 123. ed. RITTERI: SERTORIVS VRSATVS monim. Paratini. p. 170. CAROL. SIGONIVS de ant. iur. Ital. libr. II. cap. 4. SAM. FITISCVS not. ad Sueton. p. 267. et lex. ant. rom. tom. II. p. 17. illustr. marchio SCIPIO MAFFEI, Veron. illustr. pare. I. p. 89. aliquae plures.

fulibus senatorēs, secernantur. Sic CICERO u) euocat ad se, inquit, Centuripinum magistratum et decem PRIMOS; alio vero loco x): Agyrio magistratus et quinque PRIMI accitu iſlius euocantur: itemque y): qua de re Agyrinenses et quinque PRIMI, quo et hoc eiusdem scriptoris effatum pertinet z): L. Alenus chirographum sex PRIMORVM imitatus est, et aliud a): decretum decurionum sit, vt decem PRIMI profiscantur. Sic et CAESAR b) primorum horum mentionem fecit: euocauit ad se Masiliensium quindecim PRIMOS. In codice Theodosiano c) memorantur decem PRIMI curiales; GRATIANVS vero imperator d), quanto penam plumbatarum decurionibus infligi posse, decernit, addit: decem PRIMOS tantum ordinis curiales ab immunitate huiusmodi verberum segregamus e). Idem patet et antiquis inscriptionibus. Ex his liceat Melitensi, quem iam supra exhibui, lapidi primum locum adsignare, vt, et apud Melitenses eiusmodi decurionum PRIMOS fuisse, eo luculentius pateat: f)

IPI. MEL. PRIMVS OMNI

ITITEM ADEM cet.

In alio faxo g) Flavius quidam Antistianus dicitur vnuſ DE DECEM PRIMIS et in Fuengirolano lapide h) L. Iunius Puteolanus in mu-

G 3

nici.

u) Verrin. II. cap. 67.

x) Verrin. III. cap. 28.

y) ibid. cap. 31.

z) libr. III. de nat. deor. cap. 30.

a) orat. pro Sex. Rose. Amerino cap. VIII.

b) libr. I. de bello ciuili, cap. 35.

c) I. 39. de episcop. et I. 54. de heret.

d) ibid. I. 2. de quaſt.

e) vt municiporum et coloniarum; ſic et collegiorum decem PRIMI commemo- rantur apud GRVTERVM p. CCCII, num.

2. p. LXXXVIII, num. 3. p. CCCLXXX- VIII. num. 7. et decem PRIMI lictorum apud MVRATORIVM p. IOCLXVIII. num. 7.

f) atque is eſt lapis, quem, ab illuſtr. 10. ANT. CIANTARO egreſie illuſtratum, CIOIOCCXXXVIII. in lucem prodiſſe publicam, ſupra dixi.

g) apud GRVTERVM p. XXXXVIII.

h) apud REINESIVM epift. 44. p. 394.

nicipio Suelitano decurionum PRIMVS. Addo aliam GRVTERIANAM inscriptionem b), qua P. Aemilius Nicomedes dicitur decurio TERTIVS inter decem PRIMOS, cum quo lapide si comparamus alium i), in quo C. Aemilius Proculeianus dicitur SECUNDVS DECVRIO MVNICIPII CAERETANI k), et expendimus, in modo laudato lapide Fuengirolano Lucium Iunium Puteolanum, vti alium, c. GALDIVM, apud MVRATORIVM l), DECVRIONEM PRIMVM appellatum esse, facile ex eo, arbitror, constare posse, si de eiusmodi PRIMIS decurionibus iunctim loquuti veteres sint, eos pro numero horum, quotquot in uno fuerint municipio, modo quinque: modo sex: modo decem: modo quindecim PRIMOS dictos fuisse; singulos vero in his singularem locum et ordinem habuisse, ita ut alter PRIMVS, alter SECUNDVS, alias TERTIVS; aut QUARTVS cet. ex illis PRIMIS fuerit decurio. Nota vero numeri, si de iis non iunctum; sed singulatum sermo est, solet passim omitti. En taciti m) verba: bi magistratum et PRIMI cuiusque auctoritatem increpantes, vbi probe notandum est, annualium scriptorem non dicere: decem primi cuiusque, sed omisso numeri vocabulo: primi cuiusque auctoritatem increpantes n). PRIMVS in his PRIMIS, praeter alios, maxima dignitate et auctoritate florebat, eiusque haud raro in antiquis monumentis mentio est facta. Dicebatur οὐαὶ ἐξοχὴν PRIMVS, fuitque, vt cel. EVER. OTTO o) recte obseruat, initia principis senatus Romae. Talis erat inter primos Alexandrinos PRIMVS CVRIÆ, leg. 56. cod. de decur. itemque Caius ille Matrinus Aurelius, qui in marmore apud FABRETTVM p) PRIMVS PRINCIPALIS dicitur, et Valerius Ennodius, PRINCIPALIS AC PRIMARIUS VRBIS Noræ apud MVRATORIVM q). Quæ omnia si probe expenduntur, lucem, credo, verbis faxi Melitensis, ab illustriss. IO. ANT. CIANTARO explicati et iam supra laudati: PRIMVS OMNIS possit accendi. Decurio enim iste, quisquis fuerit, dicitur PRIMVS OMNIUM, scilicet decurionum,

b) P. CCCXXXVIII, 7.

l) apud GRVTERVM p. XXXVI, 2.

k) vid. THOM. RETINESIUM epist. 44.

ad Rupertum, p. 394. lib. 1. cap. 1. annal. cap. 4.

l) p. CCCXLI. num. 7.

m) lib. XIII. annal. cap. 48.

n) unicam adhuc vidi in inscriptionem, in qua DECEMPRIMVS in singulari nu-

mero reperitur; non autem de decurionibus; sed de lictoribus. Est ista apud MVRATORIVM p. CCCXLVIII, 7.

o) de ædil. colon. et municipior. p. 152.

Addit. cel. PETR. WESSELLINGIVM libr.

1. obij. cap. 8.

p) cap. II. inscr. 250. p. 109.

q) p. CCCXLVI, 4.

num, quoniam in eorum praestantissimis, PRIMIS iunctim vocatis, primum ac principalem locum habebat<sup>r</sup>). Atque isti primi summa in decurionum ordine florebat dignitate administrabant rem publicam: aduocatione pro patria fungebantur, faciebant ludos, adscriptiones, exactiones et alia: habebant in senatu municipaliter p̄ce teris ius ferendæ sententiae et in eo operam suam collocabant, ut municipii vel coloniæ saluti publicæ, tranquillitati ciuiumque comodis omni modo consulteretur<sup>s</sup>).

## XVIII

QVIBVS positis facilissimo nunc negotio, qui πΡΩΤΟΣ noster in insula Melita fuerit, monstrare possumus. Quis enim non videt, πΡΩΤΟΣ esse et esse debere in græcis scriptoribus, quos Latini PRIMOS ET PRIMORES dixerint? Nolo iam ad ea effata prouocare, in quibus, ut apud Latinos decem PRIMORVM; sic apud Græcos ΔΕΚΑ ΠΡΩΤΩΝ mentio est facta. Neque libet huc glossas græco-latinas adserre, in quibus δεκαπέτων decem PRIMI redduntur; aut marmora hoc transcribere, in quibus eiusmodi ΠΕΝΤΕ ΠΡΩΤΩΝ

<sup>r)</sup> decuriones isti primi aliis etiam nominibus in antiquis monumentis insinuuntur. Vocantur PRIMORES apud LIVIVM libr. XXVIII. cap. 15. et SVBTONIVM vit. Aug. cap. LXXVIII. vit. CLAUD. cap. 1. itemque PRINCIPES, ut recte BARNAE, BRISSONIVS de verborum significat. VOC. decurio, p. 300. et THOM. REINESIVS nor. ad inscript. p. 318. obseruant. Pater id etiam ex TREBELLIO POLLIONE tristitia tyrann. cap. XV. quo Odenatum, quem SEXTVS RVFVS et HIERONYMVS chronic. Eufsb. decurionem vocant, principem Palmyrenorum dicit: EX CICERONE libr. XIII. ep. 13. VALEARIO MAXIMO libr. VIII. cap. 3. num. 8. ex antiquis marmoribus GRVTERI, p. CCCCLXXII. num. 4. REINESIVS epist. 44. ad Rupert. p. 394. et in synagm. inscr. p. 318. et 445. ac MVRATORII p. 13CC VIII. num. 3. et CIICCI. num. 1. Alibi, nominatum apud GRVTERVM p. CCCLXIII. et MVRATORIVM p. CIICXIII. 3. PRIN-

CIPALES; a MARCELLINO vero libr. XIX. cap. 7. et libr. XVIII. cap. 6. PRIMATES ab aliis summares, seniores, primarii, πρωτοτάται, πρωτοτάται dicuntur. Conf. EVER. OTTO de adilibus colon. et mun. p. 149. sq. quem præ ceteris lege, si plura de primorum horum nominibus, conditione, ordine ac officiis scire velis. Huic addas de eodem argumento disputationes: CAROL. SIGONIVM de ani. iure Ital. libr. II. cap. 8. GVID. PANCIROLVM de magistrat. municip. cap. I. IAC. GYTHIUM de offic. dom. Aug. libr. I. cap. 15. THOM. REINESIVM epifol. ad Rupert. 44. p. 396. et not. ad inscript. p. 318. BARN. BRISSONIVM de verb. signific. p. 296. HENR. NORISIVM cenotaph. Pisani. diff. I. cap. 3. tom. III. operum, p. 63. aliquos plures, laudatos a SAM. PITISCO, lexico antiquit. rom. tom. II. p. 12.

<sup>s)</sup> adde EVER. OTTONEM de adilibus colon. et municip. p. 151. sq.

LVI DISSERTATIO DE PUBLIO PRWTΩ MELITENSIVM

ΤΩΝ τ), ΕΙΚΟΣΙΠΡΩΤΩΝ u), quinque primorum, vijinti primorum memoria est conferuata. Vel vnicum DIONIS Cassii testimonium, cum SVETONIO collatum, sententiam meam satis et abunde, arbitror, posse confirmare. SVETONIVS x) de Druso dicit: *corpus eius per municipiorum coloniarumque PRIMORES, sufficienitibus obuiis scribarum decurriis, ad urbem deuenctum, sepultum est in Martio campo, quibus verbis primorum horum, de quibus adhuc disputatum est, diserte mentio fit.* Age vero, audiamus DIONEM CASSIVM y), eadem, quae SVETONIVS, narrantem: προσωθόμενος δ' ὁ Ἀυγύστος ὅτι νοσεῖ, τὸν Τιβέριον κατὰ τάχος ἐπεμψε, καὶ ὃ ἐμπνύν τε αὐτον κατέλαβε, καὶ ἀποθανόντα ἐς Ρώμην ἔχομεν, τὰ μὲν πρώτα μέχι τὸ χειμαδίον τὰ σεατά, διὰ τέ τῶν ἐνατοντάρχων καὶ διὰ τῶν χιλιαρχῶν, ἐκεῖθεν δὲ διὰ τὸν καὶ ἐνάποντα πρωτων βασάσας, ad famam ægrotantis Drusi, Augustus celeriter Tiberium accerfuit, isque animam adhuc trahentem fratrem suum reperit Romanique corpus defuncti adulitul, portantibus id principio usque ad biberna centurionibus ac tribunis militum, inde singularium in itinere urbium, id est, vt SVETONIVS ait: *municipiorum et coloniarum PRIMIS; siue primoribus.* Quid, quæso, luculentius vñquam esse potest? Iam nulla amplius difficultas in diuini scriptoris verbis. Iam satis notum, quid sibi velit πΡΩΤΟΣ ille τῆς νήσου, quem LVCAS describit. Fuit enim decurio, et quidem aut omnium decurionum primus, quem πΡΩΤΟΝ seu *primum καὶ εξοχὴν* dictum esse, iam supra audiimus; aut vñus ex huius municipiū PRIMIS; seu vt SVETONIVS dicit: PRIMORIBVS. Erat vero, quum Melita insula esset, πΡΩΤΟΣ ΤΗΣ ΝΗΣΟΥ, vt alii, qui in urbibus eius generis decurionum munere fungebantur, πΡΩΤΟΠΟΛΙΤΑΙ z); seu PRIMI CIVITATIS. Sed sufficient haec, ne, plura daturi, limites huius scriptoris transgrediamur. Hæc, quæ commentati sumus, nouo exemplo possunt docere, quanta lux oraculis diuinis ex profanarum gentium antiquitatibus possit accendi.

t) vid. GRVTERVM p. LVI. inscr. 6.

y) libr. LV. p. 771. edit. BEIMARI.

u) conf. REINESIVS not. ad inscript.

z) vid. CLAVD. SALMASIVM not. ad

p. 22. et cl. 1. num. 99.

Flavium Vopisc. tom. II. scriptorum histo-

e) vit. Claud. cap. I.

riæ augustinæ, p. 495.

FINIS.

VIRO

V I R O  
NOBILISSIMO AC DOCTISSIMO  
IOANNI IMMAN. SCHAEFFERO  
S. P. D.  
IO. GEORG. WALCHIVS.

Recte sibi ii consulunt, qui vita sua academicæ tempus ita disponunt,  
vt de litterarum diuiniorum scientia solida sibi comparanda æque  
solliciti esse videantur ac de adminiculis et subsidiis, ad amplissima illa  
fanerioris doctrinæ spatio, feliciter conficienda, necessariis. In quibus vti  
cum sacræ; tum profanæ philologicæ studia iure meritoque numerantur;  
ita sapienti sane instituto consilioque iis operam Tuam addixisti eaque  
arceto vinculo cum grauioribus coniunxisti disciplinis. Quapropter me-  
rito laudo et probo Tuam diligentiam, cuius Tu preclarum edes pu-  
blice disputaturus specimen. Seruet Te supremum numen semper  
saluum atque incolumem Tibique omnia, quibus vera felicitas ab-  
solvitur, pro infinita sua gratia largiatur. Id quod ex animo precor Te-  
que ac Tuas res cœlestis patris benignitati ac prouidentiæ, que cuncta  
gubernat ac moderatur, studiose commendando. Jenæ, d. iv. febr.  
CICIOCCCLV.

---

V I R O  
NOBILISSIMO AC DOCTISSIMO  
IOANNI IMMAN. SCHAEFFERO  
S. D.  
P R A E S E S

Quum ab eo tempore, quo in hoc musarum domicilio disciplinis fan-  
cioribus te consecrasti, diligentiae TVAE, et haud vulgaris TVI  
proficiendi ardoris testis ac spectator fui, non possum non cum vita  
TVAE academicæ; tum in primis laudabilis TVI, litteraræ pugnæ ineun-  
dæ, consilii fortunatissimum exitum TIBI promittere. Sæpius iam in  
priuatis illis congressibus, me duce adhuc institutis, fortiter, strenue et  
singulari cum plausu modo defendantis; modo dissentientis personam  
sustinuisti TVOQUE, in hac arena TIBI demandato, munere sic functus

H

es,

es, vt præclaras ingenii **TVI** dotes **TVAM**que **TIBI** comparatam; de rebus grauissimis acute docteque disputandi, facultatem sèpium mirandi, summas præ me haberem cauñas. Quidni igitur, **TE** camdem laudem, publicum certamen ingressuro **TIBI** conciliaturum, confidam? Confido certe, et, vt ego quidem opinor, verissime. Gratulor **TIBI** simul de egregio **TVO** ac nouo, quod **TIBI** paras, ornamento deumque optimum maximum precor, velit omni tempore rerum **TVARVM** statum et florentissimum, et fortunatissimum efficere **TIBIQUE**, ad patrios aliquando lares delato, amplissima virtutis et diligentiae **TVAE** præmia et omnem, quæ in mortalium genus cadere potest, felicitatem large effuseque impertire. Vale, **VIR NOBILISSIME**, resque **TVAS**, vt spero, age feli-citer. Ienæ, d. vi. febr. **CICIOCCCLV.**

**NOBILISSIMO RESPONDENTI**  
**FAVTORI ET AMICO SVO AESTVMATISSIMO**  
**S. D. P.**  
**BASILIUS CHRISTIAN. BERNH. WIDEBURG**  
**PHILOS. PROF. PVBL.**

**Q**uanto maiorem e diligentia, quam mihi aliquando in prælectionibus meis laudabiliter exhibuisti, cepi voluntatem; tanto maiori perfundor laetitia, dum in praesenti nactus sum occasionem, **TIBI, AMICE SYAVISSIME!** de felicissimo studiorum **TVORVM** successu gratulandi, et, quanti **TE** aestimem, publice significandi. Quum enim nihil eorum in **TE** desiderari passus sis, quibus plausus eorum omnium nobis conciliamus, quos præclara quaevis delectant; ego quoque officio huic nullus deesse possum. Digna potius prosequor gratulatione eam, quam in **TE** cognosco, morum præstantiam, vitae probitatem, diligentiam inde-fessam, scientiam præclaram, eruditio[n]em solidam. Huius quidem posteroris nouum iamiam edis specimen, doctissimam **TVAM** dissertationem ventilando, et, quum me, dissentientis mihi demandans partes, rem egregiae prorsus **TVAE** eruditio[n]is feceris, munere hoc ita perfundurus sum, vt animum meum **TIBI** deditissimum publice declarem. Faxit supremum numen, vt, studiis **TVIS** academicis, quibus hactenus laudabiliter incubuisti, finitis, in patriam, ecclesiam, vniuersumque orbem litteratam fructus inde redudent vberrimi. Ceterum me fauori **TVO** et benevolentiae vt quoque in posterum habeas commendatum, enixe rogo. Vale, et faue!

**VIRO**



V I R O  
NOBILISSIMO ATQVE DOCTISSIMO  
IOANNI EMANVELI SCHAEFFERO RATISP.  
S A N C T I O R V M D O G M A T V M C V L T O R I S T R E N V O  
AMICO SVO S V A V I S S I M O  
S. P. D.  
FRANCISCVS DOLCHIVS, DANO - HOLSATVS  
S. S. TH. C.

Q uo maius est, quod inter veros amicos intercedit, amoris vinculum,  
animorumque conuenientia et aequalitas, eo laudabilius est  
voluptas, quam quilibet mutuo amore ex alterius felicitate atque gloria  
haurire potest. Eadem et ego, carissime, adipicior lætitia, quum mihi ex-  
optatissima contigerit occasio, TE non solum deferre pro cathedra dis-  
putantem audiendi, imo, quod iucundissimum mihi videtur, publica dis-  
tensione Tecum colloquendi. Notum autem mihi est, quam egregia in TE  
sit doctrinarum sanctorum scientia et notitia solidior, quamque saepius  
ipse in collegio, quod instituit excellentissimus praeses, disputatorio ex-  
periri mihi licuit. Quid mirum, me eo libentius hancce laudabilem, meam  
erga TE sinceram testificandi mentem, arripere occasionem, quo arctior  
omnibus censetur amicitia nostra. Ascende, Vir Doctissime, cathedram sub  
præsidio Céleberrimi præsidis splendidissimam. Defende doctissimam  
dissertationem, solidissime autem illam defendantem TE iam video.  
Gratulor ergo TIBI de egregio eruditio[n]is TVAE specimen. Gratulor  
patriæ bonum ciuem. Gratulor Ratiponenibus fidelem so-  
lertissimumque cœtus sanctioris aliquando doctorem. Gratulor parentibus  
optimum filium, mihi vero amicum intimum. Patria equidem  
nos prægenuit longinqua; locorum autem interuallum amorem, quo  
vterque nostrum colitur, non disrumpet. Summum tandem, quod  
omnia moderatur, numen ardentissimis imploro precibus, ut studiis TVIS  
laudabiliter incepitis cum sancti spiritus gratia adspiret. Sic nullus du-  
bito, quin diligenter et pietatis TVAE, qua TE commendas, fructus nan-  
ciscaris uberrimos. Vale. Dabam e Musæo x calend. Febr. A. S. N.  
CIO 19 CCLV. si misell. curi copiiller. clav. supponit. et in nobis  
VIICCCICIO oīsā etiātūl a iūm. rātūl. l. enbōl. eīsā

בָּן חכְם קִנּוֹת רַעַע לְנֶפֶשׁ?

ישמח אברך : ותגל אלך

כי היא לוויתך לראשך

ו ענקום לגורגורותך

בשפך עמנו אלהינך

Hac pauca Viro Nobilissimo et Doctissimo Amico suo  
Honoratissimo gratulabundus adiicienda putauit

FRIDERICVS AVGVSTVS CONSTANS.

V I R O

NOBILISSIMO DOCTISSIMO QVE

I. E. SCHAEFFERO

AMICO SVO DILECTISSIMO

SALVTEM PRECATVR

IOANNES BAUERFEIND, BYRYTH.

Imminet nunc, amice optime, letissima mihique et optatissima dies,  
qua publicum eruditionis TVAE edis specimen idque doctissimum.  
Defendis enim dissertationem solidiori cura conscriptam, omnibusque  
eruditis maxime probatam. Quories autem in arenam disputationiam  
descendisti, toties iustior iucundiorque oblata mihi est, ingenii pre-  
stantissimi TVI dotes pereximias mirandi, occasio. Taceo diligentia  
TVAE sollertia, quam ipse tecum, portas celeberrimorum Illustris  
Salanae Doctorum ingrediens, amicus ego fidissimus vidi. Quid mirum  
ergo, me maximo opere letari, tibiique de victoria mox deportanda  
gratulari? Deus tandem T. O. M. conatus TVIS adiuuat clementissime,  
teque spem parentum, felici studiorum cursu peracto, in dulcissimam,  
quam sepiissime grato animo in memoriam reuoco, patriam sanum  
reducat in columemque. Vale, mihique faue. Dabam in museo, VIIII.  
ante calendas februarias, anni a seruatorie nato CCCCCCLV.

NO-

NOBILISSIMO DOCTISSIMO QVE  
IOANNI EMANVELI SCHAEFFERO  
CONTVERNALI SVO HONORATISSIMO  
S. P. D.  
IOANNES SEILERVS BYRUTH.

Nihil optatus amabiliusque mihi vñquam occurrere potuisset hæc occasione, cum TVAE doctissimæ dissertationi quadam verba nostræ amicitia gratia adponere licet. Plurimis laudibus concelebranda ac inclita ciuitas Ratispona, amoenissima atque dulcissima TVA patria, HONORATISSIME CONTVERNALIS, fuit, qua non solum Munificientia ac Benevolentia ILLVSTRES REIPUBLICAE PROCERES me excipiebant, vi me largissimis beneficiis cumulatum sustentauerint; sed et frui TECVM licuit lectionibus florentissimi Gymnaſii, cuius Professores doctissimi humanissimi me instruerunt et solidissime, quo tempore simul familiarissime ac amicissime TECVM vivere incepi. Tum, inquam, agnouiam amicitiam TVAM gratiissimam, animum sincerum, diligentiam omnibus probatam, industriam cunctis scientiarum cultoribus strenue imitandam, filiumque tanta spei carissimorum Parentum solamen certissimum. Quam ob causam ad nostram celeberrimam Mafarum sedem celeriter TE contulisti, vt studium Theologicum et Philologicum magis magisque excoleres. Non dubito igitur, quin hodierno die in literarum studiis bene versatus palnam sis deportatus. Deus T. O. M. cuius numine omnia geruntur ac sunt, efficiat, vt TV VNA cum parentibus TVIS æstutissimis saluis sis ac incolmis, conseruat quoque rerum TVARVM statum felicissimum fortunatissimumque quam diutissime. Gratulor TIBI animo letabundo de hoc egregio ingenio TVI specimine meque de meliori TIBI commendo. Vale, mihique fauere perge. Iena VII, calend. Febr. A. R. N. S. CIOIOCCLV.

Omn̄i cum plausū cathedram dum scandis, Amice;  
Lætitia adficior faustaque cuncta precor  
Laurea parta TIBI est, quam cinxit Apollo, Corona;  
Sic te felicem gloria parta manet.

Haec patua Nobilissimo Doctissimo que differ-  
tationis Defensori Amico suo carissime  
cum voto omnigena prosperitatis posuit

ANDREAS BENEDICTVS OSTERER  
ORTTENBURGO - BAVARVS.

VIRO

VIRO  
NOBILISSIMO DOCTISSIMO  
AMICO  
LONGO CONSVETVDINIS VSV PROBATO  
S. D. P.  
CHRISTOPHORVS ERNESTVS SCHWAB, QNOLDINVS  
SANCTIOR. DISCIP. CVLT.

**P**ublica moliris certamina, CARE SODALIS,  
Vt veniant Musae publica vota TVAE;  
Nobile conamen? Mentis laudabilis aetfus!  
Sic fundit laudes, docta Phalea, suas;  
Sic ars perpetuo, qua polles, flore vigebit;  
Sic resonant meritis atria lata TVIS;  
Sic tibi laetiam, sic optima vota Parenti;  
Sicque TVIS requiem conciliare potes,  
Ast me! me trepidum iussisti bella mouere,  
Arma fero, sed non arma nocua fero,  
Aduenio nudus, non aes de pectori pendet,  
Non Getica galea tempora cincta vides,  
Hinc parcas teneris, si mitrunt tela, laceratis  
Parcas, si victum sub iuga mitto caput.  
Accipe victrices, Victor Dignissime, laurus,  
Bello sopito, multa tro, aea vide.

**W**elch edler Fleiß! Freund, träft Dich zum Tempel der Ehren,  
Dein forschender Geist dringe in die himmlische Lehren  
Mit Gründlichkeit ein; er sucht, und findet zum Lohn  
Der Wissenschaft Krone.

Nicht eitle Weisheit der Welt, des Hochmuths nährende Bissen,  
Verwöhnen Deinen Geschmack; nein: Dein erhabenes Wissen  
Ist von der Erde gefehrt, und suchtet im Blicke  
Des Schöpfers, sein Glücke.

Heil Dir, glückseliger Freund! Heil Deinem Bestreben!  
Die Weisheit, die Du begehrst, ist Weisheit zum Leben.  
Durch Dich verbreite sich einst im höhern Grade

Die Kenntnis der Gnade.

Mit diesem bezeuge dem Böhleden Herrn Respon-  
den den seinen Glückwunsch und Ergebenheit  
Deselben gehorcher Diener und Freund  
Christian Gottfried Böckly  
aus Nördlingen  
d. h. G. G. B. und der deutschen Gesellschaft in  
Jena ordentliches Mitglied.

Skore-Biba 8/~~K~~57.

76 4898

f

ULB Halle  
003 507 459

3



56.

ND18

N.C.

retro



	Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black	B.I.G.
Centimetres	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10
Inches	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10
	13	12	11	10	9	8	7	6	5	4
	14	15	16	17	18	19				

Farbkarte #13

S E R T A T I O  
DE  
**B L I O**  
**MELITENSIVM**  
T. XXVIII. 7

---

QVAM  
MIAE MAGNIFICENTISSIMO  
D PRINCIPE AC DOMINO  
OMINO  
**ST. CONSTANTINO**  
IVLIACI CLIVIAE MONTIVM  
T WESTPHALIAE RELIQUA

---

R A E S I D E  
**IMMAN. WALCHIO**  
PVBL. SOCIETATVM LATINAIE IENENSIS  
IAN. ARCAD. ET FLORENTINAE  
OLVMBAR. SODALI  
II. FEBRVAR. CICICCCIV  
TORVM DISQVISITIONI SVBMITTIT  
**IMMAN. SCHAEFFERVS**  
RATISPOENESIS  
VM DISCIPLINARVM CVLTOR  
TTERIS SCHILLIANIS

## TTERIS SCHILLIANIS